De SSm. Sacramento

D D D

O salutaris Hostia, quæ cœli pandis
ostium, Bella premunt hostilia
Da robur fer auxilium, uni trinoque
Domino, sit sempiterna gloria,
Qui vitam sine termino,
Nobis donet in Patria.
Tantum ergo sacramentum,
veneremur cernui, et antiquum
documentum novo cedat ritui
præstet fides suplementum, sensuum
defectui, Genitori Genitoque, Laus
et jubilatio, Salus, honor, virtus
quoque, sit et benedictio, procedenti
ab utroque, Compar sit laudatio
Amen. Rex Christe primogenite
Angele Dei Mystice, [illegible]
[illegible] mundi Cano vivo, Dum [illegible]
[illegible] Hostia, æterno patri [illegible]

[illegible]ne, omnium plasmator, mundi
restaurator, tuo nos corpore
refice, sacroq sanguine ablue
sordes nostras, [illegible]
Christe. Fiant Domine
oculi tui, intendentes, super
Regnu istud, et super proceres
Regni istius, civitatem istam
et omnes christianum
populu, sapientia pacem
charitatem, et omnia quae
nobis nosti esse necessa=
ria, clemens et propitius,
tribuere digneris.

[illegible] tri[illegible] digneris

[illegible]

[illegible]

VARIA PIETATIS EXERCITIA,

Teneræ potissimùm *Studiosæ* JUVENTUTI Accommodata.

19. V. 96.

POSNANIÆ

Typis S. R. M. Clari Collegii Soc: JESU,

Annô Domini 1758.

PRECES
MATUTINÆ.

IN Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.

Benedicta sit Sancta, & individua Trinitas, nunc, & semper, & per infinita sæcula

In Nomine Domini nostri JESU Christi Crucifixi surgo, qui me suo pretioso Sanguine redemit, ipse me regat, benedicat, & custodiat hodie, & semper, & ad vitam perducat æternam, Amen

Domine DEUS omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti, tua nos hodie salva virtute, ut in hac die ad nullum declinemus peccatum: sed semper ad tuam Justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur co-

gitationes, & opera per Christum Dominum nostrum, Amen.

Dirigere, & Sanctificare, regere, & gubernare dignare Deus Rex cæli & terræ hodie corda, & corpora nostra sensus, sermones, & actus nostros in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum, ut hìc, & in æternum Te auxiliante salvi, & liberi esse mereamur Salvator mundi, qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

MARIA Mater gratiæ,
Mater Misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et mortis horâ suscipe

DOmina mea Sancta MARIA, me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiam, & in sinum misericordiæ tuæ hodie & quotidie & in hora exitûs mei animam meam, & corpus meum tibi commendo, omnem spem meam, & consolationem meam, omnes angustias, & miserias meas, vitam, & finem vitæ

meæ

meæ tibi committo, ut per tuam ſan-
ctiſſimam interceſſionem, & per tua
merita, omnia mea dirigantur, & di-
ſponantur eloquia, cogitationes, & o-
pera ſecundùm tuam, tuique Filii
voluntatem, & meam, ac totius Ec-
cleſiæ utilitatem, ac neceſſitatem,
Amen

Sancta MARIA, Mater DEI & Vir-
go, ego NN. te hodie in Dominam,
Patronam, & Advocatam eligo, fir-
mitérque ſtatuo, ac propono, me nū-
quam te derelicturum aut contra te
aliquid dicturum, aut facturum, ne-
que permiſſurum, & à meis ſubditis
aliquid contra tuum honorem unquā
agatur. Obſecro te igitur, ſuſcipe
me in ſervum perpetuum. adſis mihi
In actionibus omnibus meis, nec me
deſeras in hora mortis, meæ, Amen.

Obſecro te Angele mi Cuſtos, &
Tutor fidelis, ut in via pacis, proſpe-
ritatis, & ſalutis te duce hodie diri-
gar, atque ab omni Spiritu malo gra-

 vi-

vique tentatione defendar. Impetra mihi uberem à Deo gratiam, ut secundùm Dei voluntatem vitia fugiã, malas occasiones declinem, virtutes Christianas exerceam, usque, dum tecum communi omnium Domino in cælesti gloria lætus assistam, & æternùm laudes dicam, Amen.

Omnes sancti Patroni mei NN intercedite pro me, ut ab eo merear adjuvari, & salvari, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

ACTUS PRÆCIPUARUM VIRTUTUM
sive
Exercitium spirituale quotidie faciendum.

ADoro Te Sanctissima Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus tres Personæ; unus & solus Deus.

Dejicio me in Abyssum mei nihili, sub cõspectu Divinæ Majestatis Tuæ.

Credo firmissimè, paratus mille vitas profundere, in contestationem o-

mnium

mnium eorum quæ nobis in Sacra Scriptura revelâſti, & per Eccleſiam tuam credenda propoſuiſti.

Omnem ſpem meam in te colloco, & quid quid poſſum habere boni. ſive ſpiritualis, ſive corporalis, & in hac, & in altera vita. id totum deſidero, ſpero, & volo solùm conſequi de tua manu DEUS meus, vita mea, & unica Spes mea.

Conſigno tibi hodie, & in perpetuum corpus & animam meā, omnes potentias meas, memoriam, intellectum, voluntatem, & omnes ſenſus meos.

Proteſtor me non conſentire, neque conſenſurum unquam, quantùm in me eſt, in ullam rem, quæ fiat vel cum minima offenſa tuæ Divinæ Majeſtatis.

Propono firmiſſimè impendere omne eſſe meum facultates, & vires meas ad ſervitium, & gloriam tuam.

Paratus ſum ſuſcipere, quaſcunque

adverſitates mihi. Paterna tua manus immiſerit, ad dandum guſtum beatiſſimo Cordi tuo.

Vellem me totum, quantus ſum, impendere, & procurare, ut ab omnibus tibi ſerviatur; atque omnes homines te glorificent, & ament Deum Creatorem ſuum.

Gaudeo ſummè de tua æterna felicitate, & exulto de tua tam magna gloria, in cælo & in terra.

Gratias tibi ago infinitas pro innumeris beneficiis, quæ mihi, & toti mundo collata ſunt, & in dies inceſſenter à benigniſſima providentia tua conferuntur.

Amo tuam infinitam Bonitatem propter ſeipſam, & toto affectu cordis, & animæ meæ; & vellem, ſi poſſem, amare eo amore, quô te amant Angeli & homines juſti, cum quorum amore conjungo imperfectiſſimum amorem meum.

Offero Divinæ Majeſtati tuæ in u-

nione

nione meritorum Passionis, vitæ & mortis Christi, Beatissimæ semper Virginis, & omnium Sanctorum ex nunc, pro semper omnia opera mea pretiosissimo Sanguine JESU Redemptoris nostri lota, & involuta.

Statuo omnino, participem me facere, quantùm possibile est, indulgētiarum per actiones hujus diei, & illas applicare per modum suffragii pro animabus purgatorii

Volo etiam omne illud, quod possum, offerre in pœnitentiam & satisfactionem meorum peccatorum

DEUS meus, cùm Tu sis infinitè dignus omni amore, & servitio; siquidem Tu Es, Qui Es: doleo, quantùm possum, maximè de omnibns meis peccatis, illáque detestor supra omnia alia mala: peto humilimè veniam, facióque firmissimum propositum, nunquam offendendi Tuam Bonitatem in æternùm.

In Tua vulnera me projicio, o JE-

JESU! ibi me abſconde & defende; hodie & ſemper, donec mihi largiatis gratiam videndi Tui, & amandi Te in æternùm.

Oblatio ſacrificii Miſſæ.

BEnigniſſime Creator Mundi, & bonorum omnium Largitor DEUS, ego indignus famulus tuus de immēſa bonitate tua confiſus, offero tibi per manus Sacerdotis Auguſtiſſimum hoc Sacrificium Sacroſancti Corporis & Sanguinis dilectiſſimi Filii Tui in propitiationem omnium peccatorum meorum, atque omnium hominum: In vivam memoriam, ac gratiarum actionem omnium beneficiorum tuorum in me immerentem, ac totum genus humanum collatorum, Incarnationis præſertim, Paſſionis ac Mortis Unigeniti Filii tui, per cujus ego Te merita rogo ſuppliciter Domine DEUS, ut hanc oblationem, ac omnes Miſſas, quæ hodie in toto terrarum orbe fiunt, pro me, & omnibus,

pro

pro quibus orare intendo NN. vivis atque defunctis; acceptare digneris in unione cruentæ illius oblationis, quam se in ara Crucis Tibi fecit idem Unigenitus tuus, eamque nobis pro infinita misericordia tua medelam corporis, & animi salutem esse concedas. Per eundem Christum Dominum nostrum, &c. Amen.

Ad Elevationem S. Hostiæ.

AVe Corpus Christi natum de MARIA Virgine, verè passum, immolatum in Cruce pro homine: esto mihi prægustatum mortis in examine O! dulcis, o! pie, o! JESU Fili Mariæ, esto mihi JESUS, & salva me.

Ad Elevationem S. Calicis.

AVe Sanguis JESU Christi in hoc Sacro Calice, qui in Cruce profluxisti ex aperto latere, & ab omni abluisti totum mundum crimine, Ablue, Sanctifica, & Custodi animam meam in vitam æternam O! dulcis, o! pie o! JESU Fili Mariæ! esto mihi JESUS, & salva me.

Com-

Communio Spiritualis.

DOmine JESU Chriſte Fili DEI vivi, firmiſſima fide credo, ac profiteor, Divina tua nixus revelatione, te corporaliter & ſubſtantialiter præſentem, & hoſtiam veram & unicam per manus Sacerdotis immolari, qui pro me natus, paſſus, & in Cruce immolatus, ac mortuus fuiſti. Te ego Deum meum Creatorem, ac Redemptorem meum ſupplex adoro, & veneror, ac Divinæ Majeſtati tuæ corde humili, & contrito me proſterno, & per tuam miſericordiam, ac merita infinita ſpero remiſſionem omnium peccatorum meorum, de quibus ſinceriſſimè doleo propter te Deum meum, ſummum bonum offenſum, quod amo ſuper omnia. O! DEUS animæ meæ! gaudeo de ineffabili gloria, & protectione tua: utinam Te una mecum omnes creaturæ, ut par eſt, agnoſcant, ament, & glorificent: id certè ego ex nunc deſidero, & amo-

re

ſte tui me, ac mea omnia tibi humillimè offero propter infinitam bonitatem & beneficia tua, pro quibus Te laudo, & benedico, neque aliud quidquam ulteriùs à Te peto, & rogo, quam ut tecum unus Spiritus efficiar; & quia Sacramentali Communione, quam quidem accipere unicè deſidero, tibi hodie uniri non mereor, transforma me nihilominus totum in te, ut vivam ego jam non ego, vivas verò tu in me, & ego in te; & maneas mecum, nec me unquam à Te ſeparari permittas. O! dulcis! o! pie JESU! Fili Mariæ! eſto mihi JESUS, & ſalva me!

In Viſitatione Venerabilis Sacramenti.

ANima Chriſti Sanctifica me,
Corpus Chriſti ſalva me,
Sanguis Chriſti inebria me,
Aqua lateris Chriſti lava me,
Paſſio Chriſti conforta me.
O! bone JESU exaudi me:
Intrà tua vulnera abſconde me;

Nè

Nè permittas me ſeparari a Te.
Ab hoſte maligno defende me;
In hora mortis meæ voca me,
Et jube me venire ad Te,
Ut cum Sanctis tuis laudem te in ſæcula ſæculorum, Amen.

Affectus S. Ignatii Lojolæ.

O! DEUS! ego amo Te:
Nam prior Tu amâſti me!
En libertate privo me,
Ut ſponte vinctus ſequar Te.
Nil ſuggerat memoria,
Nisì de tua gloria
Nil intellectus ſapiat,
Præterquam ut Te capiat.
Proteſtor nihil velle me,
Nisì quod ſciam velle te,
Quæ donô tuô mea ſunt,
Hæc donô meô tua ſunt.
A te accepi, recipe,
Quid iis velis, præcipe,
Guberna, ſicut ſcis, & vis,
Nam ſcio, quòd Amator ſis.
Amore ſolo dona me,

Ut

Ut ego quoque amem te,
Et vigil, & per somnia:
Hæc dando, dabis omnia.

Affectus S. Francisci Xaverii.

O! DEUS! ego amo te,
Nec amo te, ut salves me,
Aut quia non amantes te,
Æterno punis igne.
Tu, tu mi JESU, totum me,
Amplexus es in Cruce:
Tulisti clavos, lanceam,
Multámque ignominiam.
Innumeros dolores,
Sudores & angores,
Ac mortem, & hæc propter me,
Ac pro me peccatore!
Cur igitur non amem te,
O! JESU amantissime!
Non ut in cælo salves me,
Aut nè æternùm damnes me,
Nec præmii ullius spe,
Sed sicut tu amâsti me,
Sic amo, & amabo te,
Solùm quia Rex meus es,
Et solùm quia DEUS es, Amen.

Hymnodiæ tempore Sacri decantari solitæ.

DIE LUNÆ.

JESU dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia;
Sed super mel, & omnia,
Ejus dulcis præsentia.
Nil canitur svavius;
Auditur nil jucundius;
Nil cogitatur dulcius,
Quàm JESUS Dei Filius.
JESU spes pœnitentibus,
Quàm pius es petentibus;
Quàm bonus te quærentibus;
Sed quid invenientibus?
JESU dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.
Nec lingua potest dicere;
Nec litera exprimere:
Expertus potest credere,
Quid sit JESUM diligere.
JESU Rex admirabilis,

Et triumphator nobilis;
Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis
  Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsa mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.
  Quando cor nostrum visitas,
Tunc lucet ei veritas;
Mundi vilescit vanitas,
Et intùs fervet charitas.
  Amor JESU dulcissimus,
Et verè svavissimus,
Plùs millies gratissimus;
Quàm dicere sufficimus.
  Hoc probat ejus Passio,
Hoc sanguinis effusio,
Per quam nobis redemptio
Datur; & DEI visio.
  DEUM omnes agnoscite,
Amorem ejus poscite,
JESUM ardenter quærite,
Quærendo inardescite.
  Sic amantem diligite,

Ama-

Amoris vicem reddite,
In hunc odorem currite,
Et vota votis reddite.
JESU auctor clementiæ,
Totius ſpes lætitiæ,
Dulcoris fons & gratiæ,
Veræ cordis deliciæ.
JESU mi bone! ſentiam;
Amoris tui copiam.
Da mihi per præſentiam;
Tuam videre gloriam.
Cùm dignè loqui nequeam
De te, tamen nè ſileam:
Amor facit, ut audeam,
Cùm de te solùm gaudeam.
Tua JESU dilectio,
Grata mentis refectio,
Replens ſinè faſtidio,
Dans famem deſiderio.
Qui te guſtant, eſuriunt;
Qui bibunt, adhuc ſitiunt:
Deſiderare neſciunt,
Nisì JESUM, quem diligunt.
Quem tuus amor inebriat,

Novit,

Novit, quid JESUS ſapiat:
Quàm felix eſt, quem ſatiat,
Non eſt ultrà, quod cupiat.
JESU decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cælicum.
Deſidero te millies:
Mi JESU! quando venies?
Me lætum quando facies?
Me de te quando ſaties?
Amor tuus continuus,
Mihi languor aſſiduus,
Mihi fructus mellifluus
Eſt, & vitæ perpetuus.
O! JESU! mi dulciſſime!
Spes ſuſpirantis animæ,
Te quærunt piæ lacrymæ,
Te clamor mentis intimæ.
Quocunque loco fuero,
Mecum JESUM deſidero:
Quàm lætus, cùm invenero,
Quàm felix, cùm tenuero!
Jam, quod quæſivi, video:

Quod concupivi; teneo:
Amore JESU langueo,
Et corde totus ardeo
JESUS cùm ſic diligitur,
Hic amor non extinguitur,
Non tepeſcit, nec moritur;
Plùs creſcit, & accenditur.
Hic amor ardet jugiter,
Dulceſcit mirabiliter,
Sapit delectabiliter;
Delectat & feliciter.
Hic amor miſſus cælitùs,
Hæret mihi medullitùs;
Mentem incendit penitùs,
Hôc delectatur ſpiritus.
O! beatum incendium!
Et ardens deſiderium!
O! dulce refrigerium,
Amare DEI Filium!
JESU ſole ſerenior,
Et balſamô ſvavior,
Omni dulcore dulcior,
Et cunctîs amabilior.
Cujus guſtus ſic afficit,

Cujus odor ſic reficit,
In quo mens mea deficit,
Solus amanti ſufficit.
Tu mentis delectatio,
Amoris conſummatio,
Tu mea gloriatio,
JESU mundi ſalvatio.
JESUS ad Patrem rediit,
Cæleſte regnum ſubiit:
Cor meum à me tranſiit,
Poſt JESUM ſimul abiit.
Sis JESU noſtrum gaudium,
Qui es futurus præmium:
In te ſit noſtra gloria,
Per cuncta ſemper ſæcula, Amen.

DIE MARTIS

Litaniæ Lauretanæ B. V. M.

Kyrie eleyſon, Chryſte eleyſon, Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos, Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miſerere no:
Spiritus Sancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, Miſerere nobis.

Sancta MARIA, Ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Mater Christi,
Mater Divinæ gratiæ,
Mater purissima,
Mater castissima;
Mater inviolata,
Mater intemerata;
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum justitiæ,
Sedes Sapientiæ,
Causa nostræ lætitiæ,
Vas spirituale,
Vas honorabile,

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Vas

Vas insigne devotionis,
Rosa mystica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis Arca,
Janua cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,

Ora pro nobis.

Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium,
Regina Regni Poloniæ,

Ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine. Ag-

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson, Christe eleyson.
Kyrie eleyson.
Pater noster, &c. Ave Maria, &c.

SUb tuum præsidium confugimus Sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes nè despicias in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa, & benedicta Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos repræsenta.

℣. *Ora pro nobis Sancta Dei genitrix,*
℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

Oremus.

GRatiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde; ut, qui Angelo nunciante Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per passionem Ejus, & crucem ad Resur-

recti-

rectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

DIE MERCURII.

AVe maris Stella, DEI mater alma, Atque semper Virgo, Felix cæli porta *Te deprecamur, audi nos, & Filio commenda nos. O! Virgo Maria.*

Sic repetitur post quemvis Versum.

Sumens illud Ave Gabrielis ore, Funda nos in pace, Mutans Evæ nomen. *Te depr &c.*

Monstra te esse Matrem, Sumat per te preces, Qui pro nobis natus, Tulit esse tuus. *Te depr: &c.*

Virgo singularis inter omnes mitis, Nos culpis solutos, Mites fac, & castos. *Te depr: &c.*

Vitam præsta puram, Iter para tutum, Ut videntes JESUM, semper collætemur *Te depr: &c.*

Sit laus Deo Patri, Summo Christo decus, Spiritui sancto, Tribus honor unus *Te depr: &c.*

DIE JOVIS.

Hymnus S. Thomæ Aquinatis de Sanctissimo Sacramento.

LAuda Sion Salvatorem,
Lauda Ducem, & Pastorem
In hymnis & canticis.
Quantùm potes, tantùm aude,
Quia major omni laude,
Nec laudare sufficis.
Laudis thema specialis,
Panis vivus, & vitalis
Hodie proponitur.
Quem in sacræ mensa cœnæ,
Turbæ fratrum duodenæ
Datum non ambigitur.
Sit laus plena, sit sonora;
Sit jucunda; sit decora
Mentis jubilatio.
Dies enim solemnis agitur,
In qua mensæ prima recollitur
Hujus institutio.
In hac mensa novi Regis,
Novum Pascha novæ legis
Phase vetus terminat.

Vetu-

Vetuſtatem novitas,
Umbram fugat veritas,
Noctem lux eliminat.
Quod in cæna Chriſtus geſſit,
Faciendum hoc expreſſit
In ſui memoriam.
Docti ſacris inſtitutis,
Panem, vinum, in ſalutis
Conſecramus Hoſtiam.
Dogma datur Chriſtianis,
Quòd in Carnem tranſit panis,
Et vinum in Sanguinem.
Quod non capis, quod non vides,
Animoſa firmat fides,
Præter rerum ordinem.
Sub diverſis ſpeciebus,
Signis tantùm, & non rebus,
Latent res eximiæ
Caro cibus, Sanguis potus,
Manet tamen Chriſtus totus
Sub utraque ſpecie
A ſumente non conciſus,
Non confractus, non diviſus,
Integer accipitur.

Sumit unus, ſumunt mille,
Quantum iſti, tantum ille,
Nec ſumptus conſumitur.
Sumunt boni, ſumunt mali,
Sorte tamen inæquali,
Vitæ, vel interitûs.
Mors eſt malis, vita bonis:
Vide paris ſumptionis
Quàm ſit diſpar exitus.
Fractô demum Sacramentô,
Nè vacilles, ſed memento,
Tantum eſſe ſub fragmento,
Quantum totô tegitur.
Nulla rei fit ſciſſura:
Signi tantùm fit fractura,
Qua nec ſtatus, nec ſtatura,
Signati minuitur.
Ecce Panis Angelorum,
Factus cibus viatorum,
Verè Panis filiorum,
Non mittendus canibus.
In figuris præſignatur,
Cùm Iſaac immolatur;
Agnus Paſchæ deputatur,

Datur manna Patribus.
Bone paſtor, Panis vere,
JESU noſtri miſerere,
Tu nos paſce, nos tuere,
Tu nos bona fac videre
In terra viventium.
Tu, qui cuncta ſcis, & vales,
Qui nos paſcis hìc mortales,
Tuos ibi commenſales,
Cohæredes, & Sodales
Fac Sanctorum Civium, Amen.

DIE VENERIS.

AVe JESU ſummè bonus,
Ad parcendum nimis pronus!
Membra tua macilenta
Quàm acerbè ſunt diſtenta!
NB. Tuum mihi da amorem,
Tuo fac, amore mori.
Hoc ſingulis Verſibus additur.
Ave cœli margarita,
In qua mundi ſalus ſita:
Beatorum unum votum,
In quo bonum latet totum,
Ave JESU cæli lumen.

Voluptatis largum flumen.
Ubi vivi fontis rores,
Et vivifici liquores.
Quàm te cerno ſauciatum:
Quàm te cerno laniatum!
Salvatoris patent fontes;
Quid haurire vetat ſontes?
O! mi JESU! o! mi amor;
Mentis meæ ſvavis clamor!
Quàm crudelem facit ictum,
Quàm ſic deles, maledictum!
O! quàm pretioſus ſudor,
Quô lavatur meus pudor!
Age mens, hæc contemplare.
Lacrymarum fluat mare.
O! Rex majeſtatis Chriſte!
Me me decet cruor iſte;
Tuæ quot ſunt cicatrices,
Charitatis ſunt radices.
Quò ceſsêre dulces vultus?
Angelorum perpes cultus?
Quò fugêre frontis faces!
O! mi JESu! quare taces?
O! divina ſalve ſpina!
Per-

Perditorum medicina:
Punge pectus, punge meum,
Peccatorum nimis reum,
  Hiant manus hiant pedes,
Hiant omnes vitæ sedes:
O! amores! o! dolores!
Quid fecêre mei mores!
  Mors severa vitam premit,
Et, quod fuit vitæ, demit.
JESU cor, en! perforatur,
Fons amoris dilatatur.
  Ave felix apertura,
Ex qua manat vita pura.
Hìc. quàm ego sim beatus,
Si me sorbeat hiatus!
  Hìc, mi JESU, tuam mortem,
Hìc plorabo meam sortem,
Hìc futurus semper vivus,
Ubi vivus manat rivus.
  O! mi JESU, huc intende,
Per hanc Crucem me defende
Amor cruci nos configat,
Purget, urat, & transfigat, Amen.

Alius Hymnus pro die Veneris.

ADoro te devotè, latens Deitas,
Quæ ſub his figuris verè latitas:
Tibi ſe cor meum totum ſubjicit.
Quia te contemplans totum deficit
Viſus, guſtus, tactus in te fallitur;
Sed auditu ſolo tutò creditur.
Credo, quidquid dixit DEI Filius:
Nil hôc verbô veritatis verius.
In cruce latebat ſola Deitas.
Sed hìc latet ſimul & humanitas:
Ambo tamen credens, atque cõfitens
Peto, quod petivit latro pænitens.
Plagas, ſicut Thomas, non intueor;
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſemper magìs credere!
In te ſpem habere, te diligere.
O! memoriale mortis Domini,
Panis vivus, vitã præſtans homini
Præſta meæ menti de te vivere,
Et te illi ſemper dulce ſapere.
Pie Pelicane, JESU Domine,
Me immundũ munda tuo ſanguine
Cujus una ſtilla ſalvum facere

Totum

Totum mūdū quit ab omni scel[illegible]
JESU, quem velatum nunc aspicio,
Oro, fiat illud, quod tam sitio,
Ut te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ, Amen.

DIE SABBATHI.

OMni die, dic Mariæ mea laudes anima: Ejus festa, ejus gesta, cole devotissima.

2. Contemplare, & mirare ejus celsitudinem: Dic felicem Genitricem, dic beatam Virginem.

3. Ipsam cole, ut de mole criminum te liberet: Hanc appella, ne procella vitiorum superet.

4. Hæc Persona nobis dona contulit cœlestia: Hæc Regina nos divinâ illustravit gratiâ.

5. Lingua mea dic trophæa Virginis puerperæ: Quæ inflictum maledictum miro transfert germine

6. Sine fine dic Reginæ mundi laudum cantica: Ejus bona semper sona, semper illa prædica.

7 Omnes mei ſenſus Ei perſonate gloriam: Frequentate tam Beatæ Virginis memoriam.

8. Nullus certè tam diſertæ extat eloquentiæ, qui condignos promat hymnos Ejus excellentiæ.

9. Omnes laudent, unde gaudent, Matrem Dei Virginem, Nullus fingat, quòd attingat Ejus celſitudinem.

10. Sed neceſſè (quod prodeſſe, piis conſtat mentibus) Ut intendam, quòd impendam me ipſius laudibus.

11 Quàmvis ſciam quòd Mariam nemo dignè prædicet: Tamen vanus & inſanus eſt, qui illam reticet.

12. Cujus vita erudita diſciplinâ cælicâ: Argumenta, & figmenta deſtruxit hæretica.

13 Hujus mores tanquam flores exornant Eccleſiam: Actiones, & ſermones miram præſtant gratiam.

14 Evæ crimen nobis limen Paradiſi clauſerat: Hæc dum credit, & obedit cæli clauſtra reſerat.

15 Propter Evam homo ſævam accepit ſententiam: Per Mariam habet viam, quæ ducit ad patriam.

16 Hæc amanda, & laudanda cunctis ſpecialiter: Venerari, prædicari, Eam decet jugiter.

17 Ipſa donet ut, quod monet Natus ejus, faciam: Ut finitâ carnis vitâ, lætus hunc aſpiciam.

18. O! cunctarum fæminarum decus, atque gloria! Quam electam, & evectam ſcimus ſuper omnia.

19 Clemens audi, tuæ laudi quos inſtantes conſpicis: Munda reos, & fac eos donis dignos cœlicis.

20. Virga Jeſſe ſpes oppreſſæ mẽtis, & refugium: Decus mundi, lux profundi, Domini ſacrarium.

21. Vitæ forma, morum norma, plenitudo gratiæ: Dei templum, & exemplum totius juſtitiæ.

22. Virgo ſalve, per quam valvæ cæli patent miſeris: Quam non flexit, nec allexit fraus ſerpentis veteris

23.

23. Generosa, & formosa David Regis filia: Quam elegit Rex, qui regit, & creavit omnia.

24 Gemma decens, rosa recens, castitatis lilium, Castum chorum ad polorum quæ perducis gaudium.

25. Actionis, & sermonis facultatem tribue: Ut tuorum meritorum laudes promam strenuè

26. Opto nimis, ut imprimis des mihi memoriam: Ut decenter, & frequenter tuam cantem gloriam.

27. Quàmvis muta, & polluta mea sciam labia: Præsumendum, nec silendum est de tua gloria.

28. Virgo gaude, omni laude digna, & præconiô: Quæ damnatis, libertatis facta es occasio.

29. Semper munda, & fæcunda Virgo tu puerpera: Mater alma, velut palma florens, & fructifera.

30 Ejus flore, & odore recreari cupimus, Cujus fructu, nos à luctu liberari credimus.

31. Pulchra tota, sinè nota cujuscunque maculæ: Fac nos mundos, & jucundos, te laudare sedulè.

32 O! beata! per quam duta nova mundo gaudia: Et aperta, fide certa regna sunt cælestia

33 Per te mundus lætabundus novo fulget lumine, Antiquarum tenebrarum exutus caligine

34. Nunc potentes sunt egentes, sicut olim dixeras: Et egeni fiunt pleni, ùt tu prophetaveras

35. Per te morum nunc pravorum relinquuntur devia: Doctrinarum perversarum pulsa sunt præstigia.

36. Mundi luxus, atque fluxus docuisti spernere: Deum quæri, carnem teri, vitiis resistere.

37 Mentis cursum tendi sursum, pietatis studiô; Corpus angi, motus, frangi, pro cœlesti præmio

38 Tu portâsti inter casti ventris claustra Dominum, Redemptorem, ad honorem nos reformans pristinum,

39. Mater facta, sed intacta, genuisti Filium Regem Regum, atque rerum Creatorem omnium.

40. Benedicta, per quam victa hostis est astutia: Destitutis spe salutis datur indulgentia.

41 Benedictus Rex invictus, cujus Mater crederis: Increatus ex te natus, nostri salus generis.

42 Reparatrix, Consolatrix desperantis animæ: A pressura, quæ ventura malis est, nos redime

43 Pro me pete, ut quiete sempiterna perfruar: Nè tormentîs comburentis stagni, miser obruar.

44 Quod requiro, quod suspiro, mea sana vulnera, Et da menti te poscenti gratiarum munera

45. Ut sim castus, & modestus, dulcis, blandus, sobrius, pius, rectus, circumspectus simultatis nescius

46. Eruditus, & munitus divinis eloquiîs, Timoratus, & ornatus sacrîs exercitiîs.

47. Conſtans, gravis, atq; ſvavis, benignus, amabilis, Simplex purus, & maturus, patiens, & humilis

48. Corde prudens, ore ſtuden veritatem dicere: Malum nolens, Deum colens pio ſemper opere.

49. Eſto tutrix, & adjutrix Chriſtiani populi: pacem præſta, nè moleſta nos perturbent ſæcula

50. Salutaris ſtella maris, ſummis digna laudibus; Quæ Præcellis cunctis ſtellis atque luminaribus

51 Tua dulci prece fulci ſupplices, & refove: Quidquid gravat, vel depravat mentes noſtras, remove

52 Virgo gaude, quòd de fraude dæmonum nos liberas: Dum in vera & ſincera carne Deum generas.

53 Illibata, & ditata cœleſti progenie: Gravidata, nec privata flore pudicitiæ

54. Nam quod eras, perſeveras, dum intacta generas, Illum tractans, atque lactans, per quem facta fueras.

55.

55. Cõmendate me dignare Christo tuo Filio. Ut non cadam, sed evadam de mundi naufragio.

56. Fac me mitem, pelle litem, compesce lasciviam: Contra crimen da munimen, & mentis constantiam.

57. Non me liget, nec fatiget sæculi cupiditas: Quæ indurat, & obscurat mentes sibi subditas

58. Nunquam ira, nunquam dira me vincat elatio: Quæ multorum fit malorum frequenter occasio

49 Ora Deum, ut cor meum suã servet gratiã: Nẽ antiquus inimicus seminet zizania.

60 Da levamen, & juvamen tuũ, illis jugiter: Tua festa, sive gesta, qui colunt alacriter. Ameu.

IN QUADRAGESIMA.

STabat Mater dolorosa, juxta crucem lacrymosa, dum pendebat Filius.

Cujus animam gementem, contristatam & dolentem pertransivit gladius.

O! quàm triſtis, & afflicta fuit illa benedicta Mater unigeniti!

Quæ mœrebat, & dolebat, & tremebat, cùm videbat Nati pœnas inclyti.

Quis eſt homo, qui non fleret, Chriſti Matrem ſi videret in tanto ſupplicio!

Quis non poſſet contriſtari, piam Matrem contemplari dolentem cum filio!

Pro peccatis ſuæ gentis, vidit JESUM in tormẽtis, & flagellis ſubditũ.

Vidit ſuum dulcem natum, morientem deſolatum, dum emiſit ſpiritũ.

Eja Mater, fons amoris, me ſentire vim doloris fac, ut tecum lugeam.

Fac, ut ardeat cor meum, in amando Chriſtum DEUM, ut ſibi complaceam.

Sancta Mater iſtud agas, Crucifixi fige plagas cordi meo validè.

Tui nati vulnerati tam dignati pro me pati, pœnas mecum divide

Fac

Fac me verè tecum flere, crucifixo condolere, donec ego vixero.

Juxta crucem tecum stare, te libēter sociare in planctu, desidero.

Virgo Virginum præclara, mihi jam non sis amara; fac me tecum plangere.

Fac, ut portem Christi mortem, passionis ejus sortem, & plagas recolere.

Fac me plagîs vulnerari, cruce hac inebriari, ob amorem filii.

Inflammatus, & accensus, per te, Virgo sim defensus in die judicii.

Fac me cruce custodiri, morte Christi præmuniri, confoveri gratiâ.

Quando corpus morietur, fac, ut animæ donetur Paradisi gloria, Amen.

Hymn. de SS. Matre Dolorosa.

SEptem tuos dolores, Maria, dum considero, tecum pati labores, tecum mori desidero

NB Subjungitur singulis versibus.

Age, fac, simili gladio feriar: age quis tuus sit dolor, experiar. An-

Annæ gemit ſenectus, & Simeon afffligitur, doloris enſe pectus quando tibi transfigitur.

Fugis Maria prolis onuſta charo pondere, & luminare Solis de nocte vis abſcondere

Ægyptus eſt aſyli locus tuis amoribus, juxta fluenta Nili liqueſcis in doloribus.

In Patris eſſe rebus, cùm neſciebas filium, viſa es tribûs diebûs pallere, ſicut lilium.

Clamans per angiportus, fili! replebas æthera, dictura plùs, obortus dolor premebat cætera

En! fert trabale lignum, flagrisque JESUS icitur: O Mater ecce ſignum, cui porrò contradicitur.

Eheu! Crucem ferenti corpus pluit cruoribûs: & cor tibi parenti ſubmergitur doloribus.

Calvaria eſt amoris, & eſt doloris vinea: ſunt præla vinitoris clavi, & corona ſpinea.

Dum

Dum fixus est JESUS, crucisque calcat torculum, amor dolore læsus premit Mariæ corculum.

Maria, quando petra sensu doloris scinditur, diésque nocte tetra luget, tibi cor finditur.

Depôsta membra lignô, sed membra cassa lumine, foves sinu benigno, lavas doloris flumine.

Cùm Filiô sepultô lapis sepulchro advolvitur; Tibi, Maria, multo dolore vita solvitur

Sedens ad antra tumbæ, mæsti susurro murmuris instar gemis columbæ, & plangis instar turturis.

O! Mater! ut dolorum per hanc amaritudinem, cælestium bonorum gustem svavitudinem.

Tecum pati dolores, tecum mori desidero, septem tuos dolores dum plango dum considero

De mundi vanitate Threnodia Jacoponi.

CUr mundus militat sub vana gloria, cujus prosperitas est transitoria?

toria? tam citò labitur ejus potentia, quàm vasa figuli, quæ sunt fragilia

Plùs crede literis scriptis in glacie, quàm mundi fragilis vanæ fallaciæ: fallax in præmiis virtutis specie, qui nunquam habuit tempus fiduciæ.

Credendum magìs est vitris fallacibus, quàm mundi miseris prospe- ritatibus, falsis insomniis & vanitati- bus, falsísque studiis, & voluptatibus.

Dic; ubi Salomon, olim tam nobilis? vel ubi Samson est, dux invincibilis? vel pulcher Absalon, vultu mirabilis? vel dulcis Jonathas multùm amabilis?

Quò Cæsar abiit, celsus imperiô? vel dives Epulo totus in prandio? dic ubi Tullius clarus eloquiô? vel Aristoteles summus ingeniô

Tot clari proceres, tot Regum capita, tot ora Præsulum, tot regna fortia, tot mundi Principes, tanta potentia! in ictu oculi clauduntur omnia.

Quàm

Quàm breve festum est hæc mundi gloria, ùt umbra hominis, sunt ejus gaudia, quæ semper subtrahunt æterna præmia, & ducunt hominem ad dura devia

O! esca vermium! o massa pulveris! o! nox! o! vanitas! cur sic extolleris? ignorans penitus: utrùm cras vixeris? fac bonum omnibus, quàm diu poteris.

Hæc carnis gloria, quæ magni pēditur, sacris in literis flos fœni dicitur: ùt leve folium, quod ventô rapitur, sic vita hominis, quæ citò tollitur.

Nil tuum dixeris, quod potes perdere: quod mundus tribuit, intendit rapere; superna cogita, cor sit in æthere, felix, qui potuit mundum cōtemnere.

Preces pro Confessione & Communione

Ante Confessionem.

SUscipe Confessionem meam, piissime,

ſime, & Clementiſſime Domine JEſu Chriſte, unica ſpes ſalutis meæ, & da mihi, obſecro, Contritionem cordis, & lacrymas oculis meis, ut defleam diebûs, ac noctibûs omnes iniquitates meas de quibus propter te ſummum bonum offenſum quod ſuper omnia amo, ex animo doleo O. Domine Deus meus ſuper omnia amatiſſime! utinam Te nunquam offendiſſem! utinam Te ſemper ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus amâſſem! Aufer à me grave onus peccatorum meorum per Sacramentum Pœnitentiæ, largire mihi Spiritum humilitatis & veritatis quô omnia peccata mea Sacerdoti, Miniſtro tuo perfectè, ſicut in conſpectu tuo nihil eorum latere poteſt, detegam, atque ab eodem, virtute hujus Sacramenti abſolutus, ad obſequium mandatorum tuorum, utì firmiſſimè propono, & obedientiam, revertar cum vera omnium horum peccato-

rum

rum emendatione Qui vivis & regnas cum Deo Patre, & Spiritu Sancto in sæcula sæculorum, Amen.

ACTUS CONTRITIONIS.

O! Amabilissime JESU, amator meus pro me crucifixe, amo te super omnia toto corde, ob infinitam bonitatem, omnésque Divinas perfectiones tuas. Et quia sic te amo, pænitet me, & toto mentis affectu doleo, quòd ego vilissima creatura tua, contra te optimum Deum, cui omne peccatum summè displicet, unquam peccaverim: o! si te non offendisse! o! non egissem id quod sanctissimæ voluntati tuæ, & amori sic contrariū est. Revoco retracto detestor, & quantùm possum, annihilo, quidquid feci cogitatione, verbo opere, & omissione contra te, cúpióque, ac desidero totâ animâ meâ me id non fecisse Pænitet me, & firmiter propono, omne peccatum deinceps super omne aliud malum, velle vitare,

&

& integrè confiteri & omne id præstare, quod sanctissima lex tua requirit, Amen

Hic confitere peccata tua, & dic:

Post Confessionem.

SIt tibi Domine, obsecro, cum meritis sanctissimæ Passionis ac Mortis tuæ, ac Beatæ Mariæ semper Virginis Matris tuæ, & omnium Sãctorum grata & accepta ista Confessio mea: ut quidquid mihi defuit nunc & aliàs de sufficientia Contritionis, de puritate, & integritate confessionis, suppleat pietas & misericordia tua & secundùm illam digneris me habere pleniùs & perfectiùs absolutũ in cælo. Da mihi ex nunc integram & puram mentem, simplex & rectum propositum, ut sanus factus non ampliùs peccem sed potiùs, quod unicè cupio, nihil deinceps in tota vita mea quæram, aut concupiscam aliud, quàm quod animæ meæ sit

utile, ac Divinæ Majestati Tuæ imprimis placeat, Amen.

ORATIO

S. Thomæ Aquinatis ante S. Communionem ad DEUM Patrem

OMnipotens, sempiterne DEUS, ecce accedo ad Sacramentum Unigeniti Filii tui Domini nostri JESU Christi! accedo tanquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen Claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum cœli, & terræ, nudus ad Regem gloriæ Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiã, ut meam curare digneris infirmitatem, lavare fæditatem illuminare cæcitatem, ditare paupertatem vestire nuditatem, ut Panem Angelorum, Regem Regum, Dominum Dominãtium tantâ suscipiam reverentiâ & & humilitate tali timore & amore, tanta fide, puritate, & devotione, tali propo-

proposito & intentione, sicut decet gloriosum & magnificum Nomen tuum, & expedit saluti animæ meæ. Da mihi quæso, Dominici Corporis & Sanguinis non solùm suscipere Sacramentum, sed etiam rem & virtutem Sacramenti. O! Amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie in cælesti patria perpetuò contẽplari. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

ORATIO

S. Ambrosii ad JESUM Christum Filium DEI.

AD mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine JESU Christe, ego miser peccator de propriis meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate accedere vereor, & contremisco: nam cor

& corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem & linguam non cautè custoditam. Ergo o! pia Deitas, o! tremenda Majestas ego miser inter angustias deprehensus, ad te Fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio, & quem judicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo, tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa & magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculîs misericordiæ tuæ, Domine JESU Christe, Rex æterne, Deus & Homo Crucifixe propter hominem. Exaudi me sperantem in te, miserere mei pleni miseriîs & peccatîs, tu, qui fontem misericordiæ nunquam manare cessabis. Salve salutis Victima in patibulo Crucis oblata, Salve nobilis & pretiose Sanguis de vulneribus

Cru-

Crucifixi Domini mei JESU Christi profluens, &c. peccata totius mundi abluens Recordare Domine creaturæ tuæ, quam tuo Sanguine redemisti. Pænitet me peccâsse, cupio emēdare, quod feci Aufer ergo à me Clementissime DEUS omnes iniquitates, & peccata mea, ut purificatus mente & Corpore dignè degustare merear Sancta Sanctorum; & concede, ut hæc sancta prælibatio Corporis & Sanguinis tui, quam ego indignus peccator sumere intendo, sit peccatorum meorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio; ac bonorum sensuum regeneratio, operúmque tibi placentium salubris efficatia, animæ quoque & corporis cōtra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio; Amen.

Oratio Thomæ à Kempis.

CUm summa devotione, & ardenti amore, cum toto cordis affectu & fervore desidero te Domine susci-

pere, quemadmodum multi Sancti, & devotæ personæ in communicando te desideraverunt, qui tibi maximè in sanctitate vitæ placuerunt, & in ardentissima devotione fuerunt Deus meus, amor æternus, totum bonum meum, felicitas interminabilis, cupio te suscipere cum vehementissimo desiderio, & dignissima reverentia, quam aliquis Sanctorum unquam habuit, & sentire potuit.

Et licèt indignus sim, omnia illa sentimenta devotionis habere: tamen offero tibi totum cordis mei affectũ, ac si omnia illa gratissima inflammata desideria solus haberem. Sed & quæcunque potest pia mens concipere, & desiderare, hæc omnia tibi cum summa veneratione, ac intimo favore præbeo, & offero. Nihil opto mihi reservare, sed me & omnia mea tibi sponte, & libentissime immolare.

Domine Deus meus, Creator meus, & Redemptor meus, cum tali affe-

ctu,

ctu, reverentia laude, & honore: cum tali gratitudine, dignitate, & amore: cum tali fide, spe & puritate, te affecto hodie suscipere, sicut te suscepit, & desideravit Sanctissima Mater tua, gloriosa Virgo MARIA, quando Angelo evangelizanti sibi Incarnationis mysterium, humiliter & devotè respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.

Et sicut beatus Præcursor tuus, excellentissimus Sanctorum, Joannes Baptista, in præsentia tua lætabundus exultavit in gaudio Spiritûs Sancti, dum adhuc maternîs clauderetur visceribûs: & postmodum cernens inter homines JESUM ambulantem valde se humilians, devoto cum affectu dicebat: Amicus autem Sponsi, qui stat, & audit eum, gaudiô gaudet propter vocem Sponsi; sic & ego magis & sacrîs desideriîs opto inflammari, & tibi ex toto corde me ipsum præsentare. Unde & omnium de-

votorum cordium jubilationes, ardẽ-tes affectus, mentales exceſſus, ac ſupernaturales illuminationes, cælicas viſiones tibi offero, & exhibeo, cum omnibus virtutibus & laudibus ab omni creatura in cælo & in terra celebratis, & celebrandis, pro me, & omnibus mihi in oratione commendatis: quatenus ab omnibus dignè lauderis, & in perpetuùm glorificeris.

Accipe vota mea Domine DEUS meus, & deſideria infinitæ laudationis ac immenſæ benedictionis, quæ tibi ſecundùm multitudinem ineffabilis magnitudinis tuæ, jure debẽtur; hæc tibi reddo, & reddere deſidero per ſingulos dies, & momẽta tẽporũ; atque ad reddendum mecum tibi gratias & laudes, omnes cæleſtes ſpiritus, & cunctos fideles tuos, precibûs & affectibûs invito, & exoro.

Laudent te univerſi populi tribus, & linguæ; & ſanctum, ac mellifluũ nomen tuum, cum ſumma jubilatio-

ne,

ne, & ardenti devotione magnificet; Et quicunque reverenter, ac devotè altissimum Sacramentum tuum celebrant, & plena fide recipiunt, gratiā & misericordiam apud te invenire mereantur, & pro me peccatore suppliciter exorent. Cùmque optata devotione, ac fruibili unione potiti fuerint, & benè consolati, ac mirificè refecti, de sacra mensa cælesti abscesserint, mei pauperis recordari dignentur, Amen.

ORATIO

In ipso Accessu ad S. Communionem.

CRedo & firmissima fide confiteor te verum esse Christum Filium Dei viventis, natum de Maria Virgine pro me passum & immolatum in Cruce; O! amor meus! O! desideriũ cordis mei! O! DEUS meus & omnia! unica Spes mea in æternum, JESU Christe! verè non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed quia

tu digneris venire ad me, ecce me servum tuum, & filium Ancillæ tuæ Matris tuæ Mariæ. O! pie JESU Domine! suscipe me, ut ego devotè suscipiam te: pasce me, ut ego cum gaudio fruar te: requiesce in me ut ego in æternum requiescam in te, Amen.

Anima Christi sanctifica me, ùt suprà, fol. 14.

ORATIONES
Post S. Communionem.

ADoro te, Domine DEUS meus, in cujus conspectu sto. coram quo tremunt universæ potestates: tibi servire statuo, & ex nunc abrenuncio Mundo. Carni, & Sathanæ, & omni Creaturæ, quæ me à te abducit. Ah! utinam nunquam offendissem te, o! Deus! qui infinitè dignus es, ut tibi ab omni creatura serviatur: qui infinitè dignus es, ut ab omni creatura ameris, & honoreris. Redeo ad te

DEUM

DEUM meum Dominum meum, Patrem meum, & adhærere tibi volo fide viva, ſpe firma, charitate perfecta. Credo, quidquid Sancta Mater Eccleſia revelante Te credit. Spero à Te gratiam, & remiſſionem meorũ peccatorum: ac denique vitam æternam. Amo Te ſuper omnia, & doleo ex intimo corde, quòd non ſemper amaverim, quòd offendederim Te. Gratias tibi ago pro hoc grandi beneficio & omnibus gratiis, quas per totam vitam meam accepi à Te. Amo etiam ex mandato tuo proximum meum propter Te, condono Ipſi omnia, quæ peccavit in me, & gratulor ipſi omnia, quæ accepit bona à te, & propono illi facere benè, quantùm erit in me. Commendo tibi omnes, pro quibus orare teneor, ac volo, ſingulariter NN.

ORA-

ORATIO

S. Thomæ Aquinatis post Communionem ad DEUM Patrem.

GRatias tibi ago Domine Sancte Pater, Omnipotens æterne Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ, satiare dignatus es pretioso Corpore & Sanguine Filii tui Domini nostri JESU Christi, & precor, ut hæc sancta Communio non sit mihi reatus ad pænam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bonæ voluntatis; Sit vitiorum meorum evacuatio: concupiscentiæ & libidinis exterminatio: Charitatis, Patientiæ, Humilitatis, & obedientiæ, omniúmque virtutum augmentatio contra insidias inimicorum omnium tam visibilium, quam invisibilium firma defensio: motuum meorum tam carnalium, quàm spiritua-

ritualium perfecta quietatio: in te uno vero DEO firma adhæsio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud infabile Convivium me peccatorem adducere digneris, ubi tu cum Filio tuo, & Spiritu sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena gaudium sempiternum, jucunditas consummata, & felicitas perfecta Per eundem Dominum nostrum JEsum Christum &c Amen.

ORATIO

S. Bonaventuræ post S. Communionem ad Christum Filium DEI.

TRansfige dulcissime Domine medullas & viscera animæ meæ svavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera serenáque & Apostolica sanctissima charitate, ut langueat, & liquefiat anima mea solo semper amore & desiderio tui, te concupiscat, & deficiat in atria tua cupiat dissolvi, & esse tecum. Da, ut anima mea te esu-

esuriat Panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, Panem nostrum quotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem & saporem, & omne delectamentum svavitatis Te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat, & comedat cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Te semper sitiat Fontem vitæ, Fontem sapientiæ & scientiæ, Fontem æterni luminis, torrentem voluptatis ubertatem Domûs DEI, Te semper ambiat, te quærat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem & gloriam Nominis tui cum humilitate & discretione, cum dilectione, & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perseverantia usque in finem. Et tu sis solus semper Spes mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ jucunditas mea, delectatio mea Pax mea, svavitas mea, odor meus dul-

cedo

cedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, Thesaurus meus, in quo fixa, & firma, & immobiliter semper sit radicata mens mea & cor meum: Amen.

ALIA ORATIO.

Post Sacram Communionem dicenda.

DOmine JESU Christe Divine Hospes cordis mei, qui pro salute animæ meæ mori dignatus es: obsecro te per eandem tuam sacratissimā mortem, nè permittas æternùm perire hanc animam meam, quam toties tuo pretioso Corpore, & Sanguine pascis,. O! Domine doce me viam salutis, nè cælô exclusus, æternùm separer a te! o! summum bonum meum! loquere mihi nunc verba vitæ æternæ: quia audit servus tuus. Tu es, qui venisti quærere quod perierat & ego sum ovis illa perdita: accipe me, o! Pastor bone! supra hume-

meros tuos, & ostende mihi ovile tuum, in quo à lupo infernali tuta sit anima mea Abstrahe cor meum ab amore vanitatum hujus sæculi, ut nihil quæram, nihil amem, nisì te; o! Amor meus! Hoc unicum desiderat anima mea, ut per gratiam tuam infinitam dignus efficiar. qui serviam tibi juxta Divinæ bonitatis tuæ placitum: ab hoc enim tota vitæ ac mortis meæ pendet felicitas. Dic ergo Domine quid me vis facere: da, quod jubes & jube quod vis Ah Domine! nè propter peccata mea projicias me à facie tua, & Spiritum Sanctum tuum nè auferas à me Sentiam, o! mi JESU, effectum præsentiæ tuæ; ut audiam, quid loquatur in me Dominus, & ambulem in fortitudine cælestis hujus cibi vias tuas, usque ad mortem. Suscipe cor meum Domine. quod Sanctissimo tuo cordi, & bene placito totaliter conjungo atque in sinum tuæ misericordissimæ

pro-

providentiæ penitùs immergo: ibi vivam, ibi moriar, ibi sepeliar, ibi svaviter requiescam in æternum, A.

Hìc propone pia tua desideria Christo, quem suscepisti.

ORATIO

Ad B. Virginem & SS. Patronos post S. Communionem.

O! Regina Cœli & Sæculorum omnium, Mater DEI & Virgo Maria, rogo te suppliciter, ut defectū meum suppleas & per tuam sanctissimam intercessionem me adjuves, & in Sacrificium laudis & gratiarum actionis pro omnibus beneficiis à Divina Bonitate præsertim per hoc Sāctissimum Sacramentum mihi collatis, offeras dilecto Filio tuo, tua & Sanctorum omnium desideria, obsequia, & merita cum meis & imperfectis obsequiis, & tepidis desideriis, atque pro me intercedas cum tota curia cœlesti, gratias DEO æternas de-

decantans. O! vos omnes Sancti Patroni mei, Sancte Angele Custos, NN. omnésque Sancti & Sanctæ DEI, benedicite, laudate, superexaltate, & magnificate Dominum meum mecū, misericordias Domini in æternum cantantes.

Formula orandi, pro consequendis Indulgentiis.

I. Pro unione Principum Christianorum.

DEUS, largitor pacis, amator charitatis, da famulis tuis, Regibus, & Principibus Christianis, veram cum tua voluntate concordiam, ut bellis, dissensionibus, & omni perturbatione submota, secura tibi serviat Christiana libertas. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Bis Pater, & Ave.

II. Pro extirpatione hæresum.

OMnipotens sempiterne DEUS, qui neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas, ut omni hæretica pravitate deposita

posita, errantium corda resipiscant & ad veritatis tuæ redeant unitatem. Per Christum Dominum nostrum Amen. *Bis Pater, & Ave.*

III. Pro exaltatione S. Ecclesiæ Catholicæ.

DEUS omnium fidelium Pastor, & Rector, cujus Spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur, & regitur; quique gloriam tuam omnibus in Christo gentibus revelâsti: custodi opera misericordiæ tuæ, ut Ecclesia tua toto diffusa, bonorum omnium incrementô augeatur, & stabili fide in confessione tui nominis perseveret. Per eundem Dominum &c.

Ter Pater, & Ave.

Preces ante Studia.

VEni sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium & tui amoris ignem in eis accende, qui per diversitatem linguarum cunctarum gentes in unitate fidei congregâsti.

℣ *Emitte Spiritum tuum & creabuntur.*

℟ Et

℟. *Et renovabis faciem terræ.*

ORATIO

DEUS, qui corda fidelium Sancti Spiritûs illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

℣. *Divinum Auxilium maneat semper nobiscum.*

℟. *Amen.*

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

CReator ineffabilis, Dominus meus; & DEUS meus, qui de thesauris tuæ sapientiæ, novem Angelorum choros condidisti, & eos super cœlum Empyreum miro ordine collocâsti, atque elegantissimè partes universi distribuisti: Tu inquam, qui verus fons luminis & sapientiæ diceris, atque supereminens principiũ; infundere digneris super intellectûs mei tenebras tuæ radium claritatis, duplices a me removens tenebras,

pec-

peccatum ſcilicet, & ignorantiam, in qua natus ſum. Tu, qui linguas infantium facis eſſe diſertas linguam meam erudias, atque in labiis meis gratiam tuæ benedictionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem interpretandi ſubtilitatem, addiſcendi facilitatem. & loquendi gratiam copioſam. Ingreſſum inſtruas, progreſſum dirigas, egreſſum compleas, per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen

Poſt Studia

DOmine JESU Chriſte Salvator mundi, qui in Apoſtolos tuos miſiſti à Patre Spiritum veritatis & ſapientiæ cœleſtis, à quo docerentur omnem veritatem, mitte etiam in me eundem ſapientiæ ſpiritum: ut ejus radiis illuſtratus ea deinceps toto corde & animo concupiſcere diſcam, quæ majori nominis tui ſanctiſſimi gloriæ, ſalutíque meæ, ac aliarum animarum prodeſſe valeant.

Qui

Qui vivis, & regnas cum DEO Patre in unitate ejusdem Spiritûs Sancti DEUS in ſæcula ſæculorum, Amen.

℣ *Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace.*

℟ *Amen*

Preces Veſpertinæ.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.

Benedicta ſit Sanctiſſima, & individua Trinitas, nunc & ſemper, & per infinita ſæcula ſæculorum, Amē.

TE lucis ante terminum
Rerum Creator poſcimus,
Ut pro tua clementia,
Sis præſul, & cuſtodia.
Procul recedant ſomnia,
Et noctium phantaſmata,
Hoſtémque noſtrum comprime,
Nè polluantur corpora.
Præſta Pater piiſſime,
Patrique compar unice,
Cum Spiritu Paraclito

Regnas

Regnans per omne ſæculum, Amen.

Salva nos Domine vigilantes cuſtodi nos dormientes, ut vigilemus cum Chriſto, & requieſcamus in pace Amen.

℣ *Cuſtodi nos Domine, ut pupillam oculi.* ℟ *Sub umbra alarum tuarum protege nos.*

℣ *Dignare Domine nocte iſta.*

℟ *Sine peccato nos cuſtodire.*

℣ *Miſerere noſtri Domine.*

℟ *Miſerere noſtri.*

℣ *Fiat miſericordia tua, Domine ſuper nos.* ℟ *Quemadmodum ſperavimus in te.*

℣ *Domine exaudi, &c.*

℟ *Et clamor &c.*

ORATIO

Viſita, quæſumus, Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longè repelle; Angeli tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant; & benedictio

tua

tua ſit ſuper nos ſemper: Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EXAMEN CONSCIENTIÆ
Primum Punctum.

Tibi, o! miſericors & liberaliſſime Deus! ex toto corde gratias ago pro omnibus beneficiis, quibûs per omnem vitam meam clementiſſimè cumulâſti me. Creâſti me, redemiſti me, in ſacro Baptiſmo ſanctificâſti me, per pœnitentiam in gratiam recepiſti me, in Eccleſia Catholica, in ſtatu meo, in officio meo millies benefeciſti mihi, à multis pœnis præſervâſti me, ad bonum faciendum expectâſti me, & primùm hodie hîs me gratiîs affeciſti NN. Benedictus ſis Deus meus laudo te, glorifico te, & gratias tibi ago, unicè optans, & rogans, ut me tibi ſemper gratum exhibeam, gratiîs tuîs utendo ad laudem & gloriam Nominis tui.

Secundum Punctum.

ILlumina me Sancte Spiritus, ut cognoſcere valeam omnia peccata & defectus meos, quibus hodie Divinam Majeſtatem tuam offendi, eadémque vera contritione deteſtari, & in poſterum emendare poſſim.

Punctum Tertium.

QUíd contra DEUM, proximum, & me ipſum cogitavi?

Quid in verbo deliqui?

Quid opere peccavi, aut omittendo, aut negligenter, aut omnino malè agendo?

Quid boni facere potuiſſem in hodiernis occaſionibus?

Quomodo meliùs potuiſſem peragere functiones meas?

Quid hodie adhuc boni facere potero?

Quomodo ſe habet meum Examen particulare?

Punctum Quartum.

QUid retribui tibi, O! clementiſ-

ſime DEUS pro omnibus, quæ tribuiſti mihi! nîl, nisì meras negligentias, offenſiones & peccata. Agnoſco, & verè doleo propter te infinito amore dignum, quem hiſce meîs peccatîs & negligentiîs meîs offendi. Peccavi, & malum coram te feci, & non ùt eras dignus, tibi ſervivi. ſingulariter autem hoc N. recogito in amaritudine animæ meæ. Ignoſce miſericordiſſime DEUS! habes fatentem reum & offerentem ſe ad omnem pænam pro ſanctiſſimo beneplacito tuo.

Punctum Quintum.

CUpio, ac propono firmiter cum tua gratia devitare omnia peccata, præſertim hæc NN. Perfice O! DEUS meus, hoc imperfectum deſiderium meum. In ſatisfactionem peccatorum meorum, & ad impetrãdam gratiam tuam offero tibi pretioſam paſſionem, mortem, & univerſa merita unigeniti Filii tui, & ejuſ-

dem

dem Sanctæ Matris, ac omnium Sanctorum merita, universam vitam meam; & confido in bonitate, ac misericordia tua infinita, quòd mihi remissurus sis omnia peccata gratiámque uberem largiturus, quâ tibi perfectè usque in finem serviam.

Miserere &c,

De profundis, &c.

VARIÆ DEVOTIONES

Hymnus S. Ambrosii, & Augustini.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli; tibi cæli, & universæ potestates;

Tibi Cherubim & Seraphim incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus DEUS Sabaoth.

Pleni sunt cæli & terra, Majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriofus Apoftolorum chorus,
Te Prophetarum laudabilis numerus,
Te Martyrum candidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum Sancta confitetur Ecclefia,
Patrem immenfæ Majeftatis,
Venerandum tuum, verum, & unicum filium,
Sanctum quoque Paraclitum Spiritū.
Tu Rex gloriæ Chrifte.
Tu Patris fempiternus es filius.
Tu ad liberandum fufcepturus hominem, non horruifti Virginis uterum.
Tu devictō mortis aculeō, aperuifti credentibus regna cælorum.
Tu ad dexteram DEI fedes, in gloria Patris.
Judex crederis effe venturus,
Te ergo quæfumus, tuis famulis fubveni, quos pretiofo fanguine redemifti.
Æterna fac cum Sanctis tuis in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, & extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in ſæculũ, & in ſæculum ſæculi.

Dignare Domine die iſto ſine peccato nos cuſtodire

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri.

Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperavimus in te

In te Domine ſperavi: non confundar in æternum.

Litaniæ de Sanctiſſimo Nomine JESU.

KYrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

Chriſte audi nos.

Chriſte exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Miſerere nobis.

 Fili

Fili Redemptor mundi Deus, Miſe-
rere nobis.

Spiritus Sancte Deus,
JEſu Fili Dei vivi,
JEſu Fili Mariæ Virginis,
JEſu ſanctiſſime,
JEſu potentiſſime;
JEſu perfectiſſime,
JEſu fortiſſime,
JEſu glorioſiſſime,
JEſu piiſſime,
JEſu chariſſime,
JEſu dulciſſime,
JEſu admirabilis,
Miſerere nobis.

JEſu delectabilis,
JEſu honorabilis,
JEſu ſalvator mundi,
JEſu mediator Dei & hominum,
JEſu bone Paſtor ovium,
JEſu refugium noſtrûm,
JEſu benigniſſime,
JEſu dilectiſſime,
JEſu clementiſſime
JEſu deſideratiſſime,
Miſerere nobis.

JEſu

JEſu mitiſſime,
JEſu amantiſſime,
JEſu amator fideliſſime,
JEſu amor noſter,
JEſu lux vera,
JEſu ſapientia æterna,
JEſu bonitas infinita,
JEſu ſpeculum perfectionis,
JEſu exemplar virtutum,
JEſu decus morum,
JEſu Pater pauperum,
JEſu Conſolator afflictorum,
JEſu gaudium Angelorum,
JEſu Rex Patriarcharum,
JEſu inſpirator Prophetarum,
JEſu Magiſter Apoſtolorum,
JEſu Doctor Evangeliſtarum,
JEſu fortitudo Martyrum,
JEſu lumen Confeſſorum,
JEſu Sponſe Virginum,
JEſu Corona Sanctorum omnium.

Miſerere nobis.

Miſerere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos JEſu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,

Exaudi nos JEſu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis JEſu.

JEſu Chriſte audi nos. JEſu Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

Pater noſter, &c.

℣ *Et nè nos inducas in tentationem;*

℟ *Sed libera nos à malo; Amen.*

ORATIO

DEUS, qui glorioſiſſimum Nomen Domini noſtri JESU Chriſti unigeniti Filii tui, feciſti fidelibus tuis ſummo ſvavitatis affectu amabile, & malignis ſpiritibus tremendum, atque terribile, concede propitius, ut omnes, qui hoc nomen JESU devotè venerantur in terris, ſanctæ conſolationis dulcedinem in præſenti percipiant, & in futuro gaudium exultationis, & interminabilis beatitudinis obtineat in cælis. Per eundem

Domi-

Dominum nostrum JESUM Christum, &c.

Affectus S. Augustini.

DOmine JESU, noverim me, norim te; nec aliquid cupiam, nisi te; ut oderim me, & amem te Quidquid agam, sit propter te. Humiliem me, exaltem te. Nil cogitem, nisi te. Mortificem me, & vivam in te. Quæcunque eveniant accipiam à te. Persequar me sequar te. Semper optem sequi te. Fugiam me, confugiam ad te. Dignus sim defendi à te. Timeam mihi, timeam te. simque de electis à te. Diffidam mihi, fidam in te Obedire velim propter te. In nullo afficiar, nisi in te Aspice me, ut diligam te. Voca me, ut videam te, & in æternum potiar te.

ORATIO

ABsorbeat, quæso Domine JESU Christe, mentem meam ignita, & melliflua vis amoris tui ab omni-

bus, quæ ſub cælo ſunt; ut amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es in ligno crucis mori, Amen.

Oratio ad JESUM.

O Bone JESU, Verbum Patris, ſplendor paternæ gloriæ, in quem deſiderant Angeli proſpicere! doce me facere voluntatem tuam, ut à Spiritu tuo bono deductus ad beatam illam perveniam civitatem, ubi eſt dies æternus, & unus omnium ſpiritus; ubi eſt certa ſecuritas, & ſecura æternitas, & æterna tranquillitas, & tranquilla felicitas, & felix ſvavitas, & ſvavis jucunditas; ubi Tu DEUS cum Patre, & Spiritu Sancti vivis & regnas per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

OFFICIUM
Immaculatæ Conceptionis
B. VIRGINIS MARIÆ.

Ad Matutinum.

℣ *Eja mea labia nunc annunciate,*
℟ *Laudes, & praconia Virginis beatæ.*
℣ *Domina in adjutorium meum intende,*
℟ *Me de manu hostium potenter defende.*
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui, &c.

HYMNUS.

SAlve mundi Domina,
Cœlorum Regina,
Salve virgo Virginum,
Stella matutina;
Salve plena gratiæ,
Clara lux divina,
Mundi in auxilium
Domina festina.
Ab æterno Dominus
Te præordinavit,
Matrem Unigeniti
Verbi, quo creavit.
Terram, pontum, æthera,
Te pulchram adornavit
Sibi sponsam, quæ in
Adam non peccavit.
℣ *Elegit eam Deus, &c.*

℟ *In*

℟. *In tabernaculo suo habitare fecit eam.*

℣. *Domina exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

ORATIO

SAncta Maria, Regina cœlorum; Mater Domini nostri JESU Christi, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicis; respice me Domina clementer oculô pietatis, & impetra mihi apud dilectum Filium tuum cunctorum veniam peccatorum: ut, qui nunc tuã sanctam Conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis bravium capiam, ipso, quem Virgo peperisti, donante Domino nostro JESU Christo, qui cum Patre & Sancto Spiritu vivit, & regnat in Trinitate perfecta DEUS in sæcula sæculorum, Amen.

℣. *Domina exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Benedicamus Domino,*

℟. *Deo*

℟. *Deo Gratias.*

℣. *Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.*

℟. *Amen.*

Ad Primam.

℣. *Domina in adjutorium, &c.*

℟. *Me de manu hostium, &c.*

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat, &c.

HYMNUS.

SAlve Virgo sapiens,
Domus Deo dicata,
Columna septemplici,
Mensáque exornata;
Ab omni contagio
Mundi præservata,
Antè sancta in utero
Parentis, quàm nata.
Tu Mater viventium,
Et porta es Sanctorum,
Nova Stella Jacob,
Domina Angelorum,
Zabulo terribilis
Acies castrorum,

Por-

Portus & refugium
Sis Christianorum.

℣. *Ipse creavit illam in Spiritu Sancto,*

℟. *Et effudit illam super omnia opera sua.*

℣. *Domina exaudi, &c.*

℟. *Et clamor meus, &c.*

Oratio

Sancta Maria, &c. *ut supra.*

Ad Tertiam.

℣. *Domina in adjutorium, &c.*

℟. *Me de manu, &c.*

Gloria Patri &c.

HYMNUS.

SAlve Arca fœderis,
Thronus Salomonis,
Arcus pulcher ætheris,
Rubus visionis
Virga frondens germinis,
Vellus Gedeonis;
Porta clausa Numinis,
Favúsque Samsonis.
Decebat tam nobilem
Natum præcavere

Ab originali
Labe Matris Evæ.
Almam, quam elegerat,
Genitricem verè,
Nulli prorsus sinens
Culpæ subjacere.

℣ *Ego in altissimis habitó;*
℟ *Et thronus meus in columna nubis.*
℣ *Domina exaudi, &c.*

Oratio

Sancta Maria, &c *ùt suprà.*

Ad Sextam.

℣ *Domina in adjutorium, &c.*
℟ *Me de manu, &c.*
Gloria Patri, &c.

HYMNUS.

SAlve Virgo Puerpera,
Templum Trinitatis,
Angelorum gaudium,
Cella puritatis
Solamen mœrentium,
Hortus voluptatis,
Palma patientiæ,
Cedrus castitatis.

Terra

Terra es benedicta,
Et ſacerdotalis,
Sancta & immunis
Culpæ originalis.
Civitas Altiſſimi;
Porta Orientalis,
In te eſt omnis gratia;
Virgo ſingularis.
℣ *Sicut lilium inter ſpinas;*
℟ *Sic amica mea inter filias Adæ.*
℣ *Domina exaudi, &c.*
℟ *Et clamor meus, &c.*

Oratio

Sancta Maria, &c. *ut ſuprà.*

Ad Nonam.

℣ *Domina in adjutorium, &c.*
℟ *Me de manu &c.*
Gloria Patri. &c.

HYMNUS

SAlve urbs refugii,
Turríſque munita,
David propugnaculîs
Armíſque inſignita.
In Conceptione

Charitate ignita,
Draconis poteſtas
Eſt à te contrita,
O! mulier fortis,
Et invicta Judith!
Pulchra Abiſai Virgo
Verum fovens David.
Rachel curatorem
Ægypti geſtavit;
Salvatorem mundi
Maria portavit.

℣ *Tota pulchra es amica mea.*

℟ *Et macula originalis nunquam fuit in te.*

℣ *Domina exaudi orationem &c.*

℟ *Et clamor meus ad te veniat.*

Oratio

Sancta Maria. &c. *ut ſuprà.*

Ad Veſperas.

℣ *Domina in adjutorium, &c.*

℟ *Me de manu &c.*

Gloria Patri, &c.

HYMNUS

SAlve horologium,

Quo

Quô retrò gradiatur
Sol in decem lineis,
Verbum incarnatur;
Homo, ut ab inferis
Ad ſumma attollatur,
Immenſus ab Angelis
Paulò minoratur.
Solis hujus radiîs
Maria corruſcat!
Conſurgens aurora;
In conceptu micat.
Lilium inter ſpinas;
Quæ ſerpentis conterat
Caput, pulchra ùt Luna
Errantes colluſtrat

℣ *Ego feci in cœlis, ut oriretur lumen indeficiens,*
℟ *Et quaſi nebula texi omnem terram.*
℣ *Domina exaudi &c.*
℟ *Et clamor meus ad te veniat.*

Oratio

Sancta Maria, &c. *ùt ſuprà*

℣ *Convertat nos Domina tuîs precibûs*

bus placatus JESUS Christus Filius tuus.

℟ *Et avertat iram suam à nobis.*

℣ *Domina in adjutorium, &c.*

℟ *Me de manu hostium. &c.*

Gloria Patri, & Filio, & Spir:&c.

HYMNUS

SAlve Virgo florens,
Mater illibata,
Regina clementiæ,
Stellis coronata
Super omnes Angelos
Pura immaculata,
Et ad Regis dexteram
Stans veste deaurata.
Per te, Mater gratiæ,
Dulcis spes reorum,
Fulgens stella maris,
Portus naufragorum.
Patens cœli janua,
Salus infirmorum,
Videamus Regem
In aula Sanctorum, Amen.

℣ *Oleum effusum, Maria, nomen tuum.*

℟ *Servi*

℟. *Servi tui dilexerunt te nimis.*

℣. *Domin &c.* ℟. *Et clamor, &c.*

Oratio.

Sancta Maria, &c *ut suprà.*

COMMENDATIO.

SUpplices offerimus
Tibi Virgo pia,
Has horas canonicas;
Fac, nos ut in via
Ducas cursu prospero;
Et in agonia
Tu nobis assiste.
O! dulcis Maria, Amen.
Deo gratias.

Antiphona. Hæc est virga in quâ nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

℣. *In Conceptione tua, Virgo immaculata fuisti.*

℟. *Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.*

ORATIO.

DEUS, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum

Filio

Filio tuo habitaculum præparâsti; quæsumus: ut, sicut ex morte ejusdem Filii tui prævisa, eam ab omni labe præservâsti: ità nos quoque mundos, ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum nostrum JEsum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus; per omnia sæcula sæculorum, Amen.

OFFICIUM
S. ANGELI CUSTODIS,
Ad Matutinum.

SAncte Angele Dei, qui Custos es mei, Ora pro me.

℣ *Domine labia mea aperies,*

℟ *Et os meum annunciabit laudem tuam.*

℣ *Deus in adjutorium meum, &c.*

℟ *Domine ad adjuvandum, &c.*

Gloria Patri, & Filio, & Spir: &c.

HYMNUS

NOvo lucis exordio

O!

O! Cuſtos mi dulciſſime,
Cæcam mentis caliginem,
Tuo ſplendore diſcute,
Et me divina monita
Benignus ſemper edoce.

Antiphona. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum, quem præparavi; obſerva eum & audi vocem ejus.

℣. *In conſpectu Angelorum pſallam tibi Deus meus.*

℟. *Adorabo ad templum Sanctum tuum, & confitebor nomini tuo Domine.*

OREMUS

DEUS, qui ineffabili providentia Sanctos Angelos tuos ad noſtram cuſtodiam mittere dignaris, largire ſupplicibus tuis; & eorum ſemper protectione defendi, & æterna ſocietate gaudere Per Dominum noſtrum JEſum Chriſtum, &c.

Ad Primam.

Sancte Angele, &c. *ut ſuprà.*

Deus in adjutorium meum, &c.

HYMNUS

MEas preces & lacrymas,
Fidus è cœlo nuncius,
Quàmvis indignas excipe,
Et ſummo Patri tradito;
Culpíſque meis debitas
Supplex pœnas avertito.

Antiphona. Data ſunt ei incenſa multa, ut adoleret ea ante altare aureum; & aſcendit fumus aromatum de manu Angeli in conſpectu Domini.

Verſ. cum Oratio ùt ſuprà.

Ad Tertiam

Sancte Angele, &c. *ùt ſuprà.*
Deus in adjutorium meum, &c.

HYMNUS.

AFflictum clementiſſime
Favore tuo recrea,
Ad virtutis officia,
Semiſopitum excita,
Cùm Sancto mens in opere
Nutârit promptus adjuva.

Antiphona. Reverſus eſt Angelus

qui

qui loquebatur in me; & suscitavit me quasi virum, qui suscitatur à somno suo.

Vers. cum Oratione, ut suprà.

Ad Sextum.

Sancte Angele, &c. *ut suprà.*

Deus in adjutorium meum, &c.

Gloria Patri, & Filio, & Spir: &c.

HYMNUS.

Dissolve mentis glaciem;
Frange cordis duritiem,
Peccati oppressum onere,
Præsenti manu subleva:
A cœli errantem semita
Ad cœli viam revoca.

Antiphona. Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: in manibus portabunt te nè, fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Vers. cum Oratione, ut suprà.

Ad Nonam

Sancte Angele, &c *ut suprà.*

Deus in adjutorium meum &c.

HYM-

HYMNUS.

INvictâ tuâ dexterâ
Contunde vires dæmonis,
Carnis retunde fomitem;
Mundi frange superbiam:
Ut tuo sub præsidio
Victor ab hoste redeam.

Antiphona. Benedictus DEUS meus; qui misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi.

Vers. cum Oratione, ut suprà.

Ad Vesperas.

Sancte Angele, &c. *ut suprà.*
Deus in adjutorium meum, &c.

HYMNUS.

FLagellô pigrum excita,
Et reluctantem increpa;
Vitæ labentis terminum
In mentem sæpe revoca,
In vitæ brevi spatio,
Solertiorem facito

Antiphona Et nunc Domine Dominator cœlorum, mitte Angelum San-

ctum tuum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachii tui.

Vers cum Oratione, ùt suprà.

Ad Completorium.

Sancte Angele Dei, &c. *ùt suprà.*

℣ *Converte nos Deus salutaris noster.*

℟ *Et averte iram tuam à nobis.*

Deus in adjutorium meum, &c.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto; Sicut erat in principio &c.

HYMNUS

IN pugna mortis ultima,
Adsis mihi fortissime;
Peractâ demum fragilì
Vitâ, ductor amabilis
Me protinus æthereis
Infer benignè sedibus.

Antiphona. Vivit Dominuus, quoniã custodivit me Angelus ejus: & hinc euntem, & ibi commorantem, & indè huc revertentem; & non permisit me Dominus coinquinari.

Vers. cum Oratione, ùt suprà.

COM-

COMMENDATIO.

HAs horas canonicas,
Cum devotione
Tibi Chriſte offerimus
Pia ratione;
Ut cuſtodis Angeli
Interceſſione
Sis nobis ſolatium
Mortis in agone, Amen.

OFFICIUM SANCTI JOSEPHI,

Ad Matutinum

JESUS, MARIA, JOSEPH,

℣ *Domine labia mea aperies,*

℟ *Et os meum annunciabit laudem tuam.*

Deus in adjutorium meum, &c
Gloria Pattri, & Filio, & Spiritui Sancto &c.

HYMNUS

JOſeph ab ortu regio
De ſtirpe flos Davidica:

Huic creditur nutritio
Proles Tonantis unica;
Hunc Virgo Sponsum prædicat,
Deúsque Patrem nuncupat.

Antiphona. Salve Patriarcharum apex, cui Deus omnipotens omni benedictione spirituali in cœlestibus benedixit.

℣ *Posuit te Deus Dominum domûs suæ.*

℟ *Et Principem omnis possessionis suæ.*

ORATIO

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus, Domine, meritîs adjuvemur, ut, quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs Sancti DEUS, per omnia sæcula &c.

Ad Primam.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

Deus in adjutorium &c.

HYMNUS.

SUb rupe Bethlemitica

Na-

Natum ſalutat Virgine,
Superna mirans cantica,
Noctémque plenam lumine;
Ardens amore, flammeis
Numen laceſſit oſculis.

Antiphona. Salve amatorum Chriſti ardentiſſime, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.

℣ *Joſeph exultavit, ut videret diem meam.*

℟ *Vidit, & gaviſus eſt.*

Oratio *ut ſuprà.*

Ad Tertiam.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

Deus in adjutorium, &c.

HYMNUS.

OCtava lux natalium
Nati rubebat ſanguine,
Joſeph gemebat pupulum
Omni vacantem crimine.
Sed nomen illi regium
JESU refudit gaudium.

Antiphona. Salve Divini arcani Cuſtos, qui primus poſt Mariam, no-

men JESU tibi cœlitus indicatum, cum adoratione protulisti.

Oratio *ut supra.*

Ad Sextam.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

Deus in adjutorium, &c.

HYMNUS.

SAbæa supplex Regia
Donîs perorat aureîs;
Sed Divus Infans omnia
Defert Josephi dexteris:
Ut alteri det munera,
Sibíque servet vulnera.

Antiphona Salve magnorum mysteriorum particeps, qui ad gentilis Ecclesiæ fidem, ac primitias exultâsti.

℟. *Coram Alumno tuo procident Æthiopes,*

℟. *Et in imici ejus terram lingent.*

Oratio *ut suprà.*

Ad Nonam.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

Deus in adjutorium, &c.

HYM-

HYMNUS.

HErodis enſes fulminant,
Quærunt ferire Jeſulum:
Cœli Joſephum ſuſcitant,
Ut nocte tollat corculum:
Cum Matre natum proripit,
Lunámque, Solémque occulit.

Antiphona Salve fidelis Eccleſiæ Sancte DEI Oeconome, cui frumentum electorum, & panem vitæ conſervâſti.

℣ *Dilectus meus mihi, & ego illi,*
℟ *Qui paſcitur inter lilia.*
Oratio *ut ſuprà.*

Ad Veſperas.

JESUS, MARIA, JOSEPH.
Deus in adjutorium, &c.

HYMNUS.

CÆsô tyrannô, Patriæ
Cum Matre Natus redditur:
Adultionis tempore,
Heu! triduô deperditur:
Sed indè lætis redditus
Matri, Patríque ſubditur.

Antiphona. Salve magni consilii adjutor, qui sudore vultûs tui victimam nostræ salutis aluisti.

℣ *Inveni, quem dil git anima mea,*

℟ *Tenui eum, nec dimittam.*

Oratio *ut supra.*

Ad Completorium.

JESUS, MARIA, JOSEPH.

℣ *Converte nos Deus salutaris noster,*

℟ *Et averte iram tuam à nobis.*

℣ *Deus in adjutorum; &c.*

HYMNUS.

TAndem igne amoris æstuans
Joseph, inter brachia
JESU & MARIÆ palpitans,
Extrema dat suspiria;
O! Sancte sic nos ultimum
Efflare dona spiritum!

Antiphona. Salve virorum Sanctissime, cujus pretiosam animam sinus Abrahæ venerabundus excepit.

℣ *Nunc dimittis Domine, servum tuum in pace.*

℟ *Qui viderunt oculi mei salutare tuum.* ℣ *Ora*

℣. *Ora pro nobis S. Joseph.*

℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

Oratio *ut suprà.*

HYMNUS
De Sancto JOSEPHO

SAlve Pater Salvatoris,
Salve Custos Redemptoris,
Joseph ter amabilis.
Salve Sponse Matris DEI,
Salve hospes JESU mei,
Joseph ter mirabilis.
Dulces cunæ, dulces panni;
Dulces dies, dulces anni,
Dum nutrîsti Dominum.
O! quàm fuit admiranda
Tua vita veneranda,
Habens DEI Filium.
JESUM oculîs vidisti,
Et in brachiis tulisti;
O! svavis felicitas!
Genis genas admovisti,

 Oscu-

Oſcula dans, accepiſti,
O! felix ſvavitas!
Modò Deum appellâſti,
Modò Regem nominâſti;
Inter mille gaudia.
Modò Patrem adorandum,
Modò Natum adamandum;
Inter mille baſia;
JESUM brachiîs tenere,
Atque totum poſſidere,
O! quantæ divitiæ!
Cum MARIA converſari;
DEI Natum amplexari;
O! quantæ deliciæ!
Quis eſt homo; qui amare;
Atque Jeſum portare,
Nollet ſuis brachiis?
Nullus eſt, qui non ambiret;
Et qui cunas non adiret,
Pro tantis deliciis.
O! mi Joſeph plùs amande,
Et præ cunctis honorande,
O! flos pudicitiæ;
Tibi tanta ſors eſt data,

Quan-

Quanta nulli eſt collata,
Ab Auctore gratiæ.
O! felicem, & beatum,
Cuſtodiri cui eſt datum
Tuo ſub præſidio;
Et qui meruit habere
Te Patronum, & gaudere
Tuô Patrociniô!
Per MARIÆ tuæ Matris
Preces, & Joſephi Patris,
JESU tu nos adjuva;
Ut poſſimus te videre,
Et æternùm poſſidere
In cœleſti patria, Amen.

℣ *Valde honorandus, & amandus eſt B. Joſeph,*

℟ *Inter cujus brachia Dominus recubuit.*

OREMUS

OMnipotens ſempiterne DEUS; qui B Joſephum, juſtum, Filiũ David, Beatiſſimæ Virgini MARIÆ Sponſum providiſti, & Filio tuo JESU Chriſto Nutricium elegiſti: da, quæ-

quæsimus: ut ejus precibûs, & meritîs, tranquilla pace lætemur, & ad perpetuæ visionis tuæ consolationem perducamur. Per eundem Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorũ, Amen.

OFFICIUM
De S. BARBARA, V. & M.

Ad Matutinum.

℣. *Domine labia mea aperies,*

℟. *Et os meum annunciabit. &c.*

Deus in adjutorium, &c.

Gloria Patri, & Filio, & Spir: &c.

HYMNUS.

MAtutino tempore Barbara beata
In obscuro carcere fuit illustrata.
Cum cœlesti lumine, quo est visitata,
Et à Rege gloriæ Virgo desponsata.

℣. *Ora pro me sinè mora, Sancta Virgo Barbara,* ℟. *Ut*

℟. *Ut sim dignus ex hac hora semper Christi gratiâ*

ORÉMUS

OStende nobis Domine, quæsumus, tuæ pietatis misericordiã, quam in Sancta Virgine & Martyre tua Barbara piè & misericorditer ostendisti: ut ipsius precibûs & meritîs à subitanea & improvisa morte liberemur, & ante diem & horam exitûs nostri, tui sacratissimi corporis & sanguinis, sacræque Unctionis Sacramentîs salubriter muniamur, eáque intercedente ab omni hostium incursu protegamur, & ad te piâ lætitiâ perducamur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad Primam.

Deus in adjutorium meum, &c.

HYMNUS.

HOrâ primâ Præsidem sævus Rex affatur,
Ut ad primum lapidem Barbara trahatur;

Si

Si v i o & opere Christus non ne-
gatur,
Natam vult occidere Rex, quod
perpetratur.
℣ Ora pro me, *ut suprà.*

Ad Tertiam.

Deus in adjutorium meum, &c.

HYMNUS.

VIrgo ad prætorium horâ terti-
arum
Ducta, testimonium Præses fert a-
marum,
Contra castam filiam, Sponso cœli
charam,
Dicens esse omnium hanc dignam
pœnarum.
℣ Ora pro me, &c. *ut suprà.*

Ad Sextam.

Deus in adjutorium meum, &c.

HYMNUS

HOrâ sextâ corpore est Virgo
nudata,
Sacro fuso sanguine, nervis fla-
gellata,

Cili-

Cilicino tegmine durè confricata,
A Christo in carcere à plagis est sanata.
℣ Ora pro me, &c. *ut suprà.*

Ad Nonam.

Deus in adjutorium meum, &c.

HYMNUS.

HOrâ nonâ latera furcis perforantur,
Ejus membra tenera lampade cremantur.
Os, & caput in ea malè malleantur;
Mox obtusâ frameâ mammæ amputantur.
℣ Ora pro me, &c. *ut suprà.*

Ad Vesperas.

Deus in adjutorium, &c.

HYMNUS.

HÆc flagellis cæditur Vesperarum horâ,
Per plateas trahitur nuda sinè mora;
A patre occiditur Barbara decora,
Stolâ Dei tegitur, sanè fit honora.
℣ Ora pro me, &c. *ut suprà.*

Ad Completorium

℣ *Converte nos Deus salutaris noster.*
℟ *Et averte iram tuam à nobis.*
Deus in adjutorium meum, &c.

HYMNUS

HOrâ Completorii à Rege decol-
lata,
Filia Dioscori fuit tumulata,
Et per manus Angeli DEO præsen-
tata;
Anima Dioscori igne devorata.
℣ Ora pro me, &c *ut supra*

COMMENDATIO.

HAs Horas Canonicas, Barbara
divina,
Fero tibi debitas, ut à repentina
Morte me custodias, atque à rapina
Dæmonis me protegas, & cœlum
propines, Amen.

HYMNUS
De S. IGNATIO.

CUm mundus in caligine reatuum
jaceret,

Et

Et hæresum fulgine suffusus indoleret;
Rerum supremus Arbiter misertus ingementis,
Movit Viri cor, gnaviter incommodo medentis;
Fuit Vir hic Ignatius missus medela morbis,
Virtute cujus lætiùs latè vireret orbis
Ignatius Mavortiæ se consecrat coronæ,
Spem fregit hujus gratiæ Bellona Pampelonæ,
Curatus æger, cogitat, vias inire vitæ,
Quas ipse Divos lectitat, renuncians avitæ;
Lares Paternos deserit, plenúsque charitatis,
Ubique semen inferit salubre sanctitatis.
Ad Matris aram Virginis, pernox precando durat,

Omni-

Omníque labe criminis cor expi-
ando curat.
Carnem domat jejuniîs, austeritati-
búsque,
Infensus & cupediis, lautitiis qui-
busque.
Idem frequenter extimos expertus
est labores;
Idem frequenter intimos exper-
tus est favores.
Tricennis imæ factus est tiro lati-
nitatis;
Huc insolens adactus est ardore
charitatis:
Ut auctus indè nobilî sodalium se-
quelà,
Rebus vacaret, fertilî mortalium
medelâ
Calumnias. & verbera, sannásque,
carcerésque,
Tulit: tulisset vulnera libentiùs,
necesque.
Sublimis inter àéra Ignatius tenetur,
Quando refulgens sydera precan-
do contuetur. Apo-

Apostolos in Indicum ablegat hinc vepretum :
Cùm cæteris exoticum hìc excolit rosetum.
Aufert suorum cordibus sodalium pavorem;
Cùm Christus ipsis omnibus spoponderit favorem.
Mox Ordo JESU nomine vocatus inchoatur ;
Fausto deinceps omine firmatus approbatur.
Sacro jubetur cœtui Ignatius præesse,
Pastoris hujus nutui grex gestiit subesse.
Curam suorum sedulam fructu ferace gessit,
Cœlíque juxta regulam res cuncta vitæ cessit.
Jam vitis isthæc serpserat, Ignatio Satore :
Orbémque ferme sepserat cœlestium favore;

Cùm

Cùm ſtrenui mens militis poſt hæc
relicta caſtra,
Indepta nomen cœlitis, poli ſubivit
aſtra.
O! Patriarcha lumine dignare nos
paterno,
Opémque natis limine tranſmitte
de ſuperno
Hæc vota ſupplex offero Ignatio
Parenti,
Et hunc honorem defero majora
promerenti.
Exopto per te maximi hunc ponderis
favorem,
Tum Numinis, tum proximi terris
in his amorem.
Ut mens ſoluta corpore feratur ad
ſuperna;
Et pace pleno pectore fruatur
æviterna.

ORATIO

DEUS, qui ſervum tuum, S. Ignatium
de mundi caſtris ad ſpiri-
tualis

tualis militiæ triumphos evocâsti præsta, quæsumus: ut eum sequamur ducem morum, & protectorem consequamur. Per Christum Dominum &c.

HYMNUS
De S. FRANCISCO XAVERIO.

SAlve, domûs Xaveriæ
  Augustior corona,
Franciſce, quem tot gloriæ,
  Cœlóque tanta dona
Inſigniunt, quem Trinitas,
  Quem Japon, Indus orbis,
Quem Trina adornat Unitas
  Pulsîs tot orbe morbîs.
Salve ſalus Travancoris,
  Doctorque parvulorum,
Exorta lampas Braſilis,
  Ductórque Barbarorum;
Illis legebas Virgine,
  De Matre lectiones,
His de DEO, in corpore
  Cruento ſectiones.

Salve, cui nec barbarus
  Hoſtis ſuperbus armîs,
Nec ipſe par eſt Tartarus
  Clarus tot orbe palmîs.
Te namque Bungus prædicat,
  Malaca te parentem
Agnóſcit, & deprædicat
  Xaverium potentem.
Salve, ſacri Baptiſmatis
  Qui ſic lavas ab undis
Mauros: ut atri ſtigmatis
  Hos liberes ab umbris:
Centena decies millia
  Franciſce te ſequuntur.
Quæ, ſi putantur vilia,
  Majora ſubſequentur.
Salve, cui mors horrida
  Non antè fata ſtruxit,
Quàm quos in antra torrida
  Abduxerat, reduxit;
Vicena namque funera,
  Et quinque ſuſcitâſti,
Mortémque poſt tot vulnera
  In temet incitâſti.

Fran-

Franciſce, magne Numinis,
  Et proximorum amator,
Franciſce, veri luminis
  In orbe ſeminator:
Salve, cui dum patria
  Anguſtiora caſtra
Deſcriberet, tunc atria
  Dat Numen inter aſtra
Franciſce, nec labeculâ
  Putredinis notate,
Poſt fata, nec nubeculâ
  Palloris inquinate;
Salve, tuóque lumine
  Sic Indias ſerena,
Europa vero Numine
  Ut ſit, Deóque plena.
Hæc Indiarum Apoſtolo,
  Hæc vota Thaumaturgo,
Japoniorum Apoſtolo,
  Dicata amoris ergo.
Ergo tuis compendiis
  Sic per viæ ſalebras,
Et ſic tuis ſtipendiis
  Me duc per has latebras;

Ut, ceû tuis ab ignibus
Calente corde mundum
Contemno, sic insignibûs
Vitem stygìs profundum,
Dicámque tecum: o! ampliùs;
Domine ampliùs, doloris!
Dicámque tecum crebriùs,
Satìs est, satìs favoris!

Antiphona. Euge serve bone, & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

℣ *Justum deduxit Dominus per vias rectas,*

℟ *Et ostendit illi Regnum Dei.*

OREMUS.

DEUS, qui Indiarum Gentes Sancti Francisci prædicatione, & miraculìs Ecclesiæ tuæ aggregare voluisti; concede propitius: ut cujus gloriosa merita veneramur, virtutum quoque imitemur exempla. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

℣ *Di-*

℣. *Divinum auxilium maneat semper semper nobiscum.*

℟. *Amen.*

HYMNUS
De S. FRANCISCO BORGIA.

ILlustre sydus Principum,
Francisce salve maxime,
Qui fœtido cadavere
Viso, horruisti sæculum:
Averte nostra lumina,
Nè vanitates hauriant,
Sed in supremam cœlitum
Sint fixa sedem jugiter

℣. *Ora pro nobis S. Francisce Borgia,*

℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

OREMUS

DOmine JESU Christe, veræ humilitatis & exemplar, & præmium; quæsumus: ut sicut B. Franciscum in terreni honoris contemptu, imitatorem tui gloriosum effecisti, ità nos ejusdem imitationis & glo-

gloriæ tribuas esse consortes. Qui vivis, & regnas &c.

HYMNUS
De S. ALOYSIO Soc: JESU.

O! Flos amice Numini,
O! gemma tuliparum,
Infense flos cupidini,
Splendor, decus rosarum!
O! castitatis lilium
Gonzaga! digne cœlô,
Da, da tuorum insignium
Nos æstuare zelô,
Da; da superna quærere,
Ridere cuncta vana;
Terrena da contemnere,
Vitare da profana.

℣. *Ora pro nobis Sancte Aloysi,*
℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

ORATIO

DEUS, qui S. Aloysium, famulum tuum, per totum vitæ tempus ab omnium turpium cogitatio-

num, & mortiferæ culpæ macula liberâsti, ut perfecto tibi amore deserviret; quæsumus: ut nos similes ei facias munere & amore. Per Christum Dominum nostrum Amen.

HYMNUS
De S. STANISLAO KOSTKA.

SAlve o! caste Candor puritatis,
Intemerate flos Virginitatis!
Tuum dum corpus purum conservatur,
Vultúsque cœli luce illustratur,
Lumina ista monstrant radiorum,
Non cinctam mentem nube peccatorum.
Decuit corpus ità illustrari,
Nescium noxâ mortalî gravari.

℣. *Quasi flos rosarum in diebus vernis,*
℟. *Et quasi ligna, quæ sunt in transitu aquæ.*
℣. *Ora pro nobis S. Stanislae Kostka,*
℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

ORATIO

JESU, Virgineæ castitatis amator & auctor, qui B. Stanislaum Kostkam immaculatum in hoc sæculo custodisti; concede propitius, ut, qui ejus memoriam propter te: qui inter spiritualia lilia libenter pasceris, recolimus: ejus precibûs, ac meritîs, intactam à mundi illecebris animam, ac corpus, pro tuo domicilio semper servemus. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Hymnus de SS. Tribus Martyribus Japonensibus.

HOc gratulamur carmine
Vobis triumphum, Martyres,
Et purpuratam sanguine
Vobis favemus lauream.
Vitæ peractô terminô,
Vestrô, omniúmque Cœlitum
Ut perfrui consortiô
Nobis liceat in sæcula, Amen.

℣. *Orate pro nobis Sancti Martyres,*

℟. *Ut*

℟. *Ut digni efficiamur promissionibus Christi.*

OREMUS

OMnipotens Æterne DEUS, qui servis tuis Paulo, Joanni, & Jacobo, in Societatem Filii tui vocatis, Apostolorum studium in Gentium conversionem, & hæreticorum reductionem inspirâsti, idque Martyrii gloriâ decorâsti, concede propitius: ut ipsis, & passionis Socii in hoc mundo, & consolationis deinde in æterna beatitudine esse mereamur. Per Dominum nostrum &c.

ORATIO

Ad B. Joannem Franciscum Regis.

℣. Ora pro nobis B Joannes Francisce Regis,

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi

DEUS, qui ad plurimos pro salute animarum perferendos labores Beatum Joannem Franciscum, Con-

 fesso-

fessorem tuum mirabili charitate, & invictâ patientiâ decorâsti: concede propitius: ut ejus exemplis instructi, & intercessionibûs adjuti, æternæ vitæ præmia consequamur. Per Dominum nostrum, &c.

RHYTHMUS
Ad S. JOANNEM Nepomucenum

SUscipe, quas fundimus, Joannes Beate,
Tibi preces supplices, noster Advocate.
Fieri, dum vivimus, nè sinas infames,
Et nostros post obitum cœlis infer manes.

℣. *Intende animæ meæ, & libera eam.*
℟. *Propter inimicos meos eripe me.*

ORATIO

DEUS, cui soli debetur omnis honor & gloria per gloriosa merita S. Martyris tui Joannis Nepomuceni te suppliciter exoro: ut omnē

infa-

infamiam, & confusionem publicam undecunque mihi impendentem, misericorditer avertere digneris; & concede sic uti honore temporali, ut æternam confusionem evadere, & in cœlesti gloria merear collocari. Per Dominum nostrum JEsum Christum Filium tuum, qui ab æterna confusione, ignominiosa morte Crucis nos redemit, & nunc tecum vivit, & regnat &c.

ORATIONES
Pro animabus purgatorii

O! Domine JESU! rogo te per pretiosissimum sanguinẽ, quem sudans in horto effudisti; libera animas Fidelium Defunctorum è pœnis purgatorii maximè verò animam desertissimam: & perduc eam ad locum gloriæ tuæ: ut te laudet, benedicat, & prædicet in æternum, Amen.

Pater noster, Ave Maria.

O! Domine JESU! rogo te per pretiosissimum sanguinem, quem effudisti in flagellatione dirissima; libera animas Fidelium Defunctorum è pœnis purgatorii; maximè verò animam liberationi proximam, & perduc eam ad locum gloriæ tuæ: ut te laudet, &c.

Pater noster, Ave Maria.

O! Domine JESU! rogo te per pretiosissimum sanguinẽ, quem effudisti in spinea coronatione tua: libera animas Fidelium Defunctorũ è pœnis Purgatorii, maximè verò animam diutissimè cruciandam, & perduc eam ad locum gloriæ tuæ: ut te laudet, &c.

Pater noster, Ave Maria.

O! Domine JESU! rogo te per pretiosissimum sanguinẽ, quem effudisti in dira crucifixione tua; libera animas Fidelium Defunctorum è pœnis purgatorii: maximè verò animam meritis præcedentem, & perduc

duc eam ad locum gloriæ tuæ; ut te laudet, &c.

Pater noster. Ave Maria.

O! Domine JESU! rogo te per pretiosissimum sanguinē, quem effudisti è latere tuo benedicto; libera animas Fidelium Defunctorum è pœnis purgatorii: maximè verò animam Matri tuæ chariorem, & perduc eam in locum gloriæ tuæ; ut te laudet, &c.

Pater nost.r, Ave Maria.

Commendatio ad Christum Crucifixum quotidie dicenda

AD te Domine JESU Christe, Fili DEI vivi, DEUS cordis mei! ad te clamo, suspiro. indignissimus famulus tuus, pro quo non dubitâsti manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum A Tua immensa bonitate, & clementia, per Sanctissima illa quinque vulnera, quæ tibi in Cruce nostri amor inflixit, per acer-

bissimos dolores tuos, per Sanctissimam passionem, & mortem tuam, & præsertim per amaritudinem illam, quam sustinuisti in Cruce, dum benedicta anima tua de Sanctissimo corpore tuo egrediebatur, peto suppliciter: miserere in egressu suo afflictæ animæ meæ, quam pretioso sanguine redemisti! Dic Patri tuo pro me moriente; *Pater dimitte illi.* Dic Matri tuæ: *Ecce filius tuus.* Dic animæ meæ: *Hodie mecum eris in paradiso.* DEUS, DEUS meus, nè derelinquas me, sitio ad te fontem Salutis. Consummatur tempus vitæ meæ: da mihi, illud unicum, & summè necessarium, piè cursum cõsummare, benè mori, & requiescere in pace. In manus tuas commendo spiritum meum, qui es salus, vita & resurrectio nostra, per quem salvati, & liberati sumus: cui sit laus, honor, & gratiarum actio, per infinita sæcula, Amen.

Ad

Ad B. Virginem.

O! Piissima Virgo, amaritudine, & doloribus plena, Mater JESU, Regina Martyrum MARIA, me in tuam clientelam suscipe! Vósque omnes Sancti, & Sanctæ DEI, præsertim hodierni, & diei mortis meæ, & Vos, o! beatæ in cœlis animæ, quondam JESU Crucifixo peculiariter devotæ, Vos ego, per ardentissimum vestrum erga JESUM Crucifixum amorem oro, & obtestor: impetrate mihi verum omnis omnino peccati horrorem, sincerum Crucifixi JESU amorem, vitam verè DEO placentem, mortem Sanctam, & beatam æternitatem.

LITANIÆ
DE S. APOSTOLO
JUDA THADDÆO.

Kyrie eleyson; Chríste eleyson. Kyrie eleyson.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Pater

Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus Miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis
S. Juda Thaddæe JESU & MARIÆ Consanguinee Ora pro nobis.
S. Thaddæe, qui Sanctissimas Personas JESUM & MARIAM videre, Earúmque svavî colloquiô frui dignus fuisti, Ora pro nobis.
S. Thaddæe qui Prodigiorum Christi fidelis testis extitisti, Ora pro nobis
S. Thaddæe, qui à Christo ad Dignitatem Apostolatûs evectus es, Ora:
S. Thaddæe, qui Dilectissimo Magistro Tuo Christo, summa cum verecũdia pedes lavandos porrexisti, Ora:
S. Thaddæe, qui in ultima Cœna Sanctissimam Eucharistiam è manibus dilectissimi Magistri summa cum Reverentia suscepisti, Ora pro nob:
S. Thaddæe, qui mortem Christi amarè de-

rè deplorans post Resurrectionem Eum gaudiosissimè Cœlos conscendere vidisti Ora pro nobis

S. Thaddæe, qui in Pentecoste cum Co-Apostolis Tuis Spiritu Sancto repletus es Ora pro nobis

S. Thaddæe, qui Christo in Cœlos ascendente, in Persidem ad barbaras nationes Evangeliô imbuendas, Te contulisti, Ora pro nobis

S. Thaddæe, qui Doctrinâ Tuâ innumeros infideles ad veram Religionem perduxisti, Ora pro nobis.

S. Thaddæe, qui Spiritûs Sancti virtute, maxima Prodigia patrâsti, Ora pro nobis.

S. Thaddæe qui Divinâ Virtute Dæmones in Idolis elingues fecisti magorúmque præstigias confudisti, Ora pro nobit.

S. Thaddæe, qui Belli Duci Baradach pacem cum hostibus prosperè cõponendam vaticinatus es, Ora pro nobis.

S. Thad-

S. Thaddæe, qui serpentibus, nè venenô homines inficerent, potestatem ademisti, Ora pro nobis.

S. Thaddæe, qui spretis impiorum minis, veræ fidei dogmata impavidè tradidisti, Ora pro nobis.

S. Thaddæe, qui tandem pro Christi Nomine fustibus occisus, Sanctum vitæ cursum consummâsti, Ora pro nobis.

S Thaddæe, nos clientes Tui, Ora pro nobis.

Ut precibûs Tuîs Rectoribus Ecclesiæ cunctísq; Christianis Catholicæ fidei Zelum & constantiam obtinere digneris, Te rogamus audi nos.

Ut Romano Imperatori omnibúsque Principibus Christianis pacem, cõcordiam, & ad hostes debellandos vires impetrare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut Deus meritis Tuis hæreticos, ac ethnicos ad veram fidem conver-

tere

tere dignetur, Te rogamus audi nos.

Ut fidem, ſpem, & charitatem in nobis augere digneris, Te rogamus audi nos.

Ut pravas cogitationes, omnésque Dæmonis inſidias à nobis avertere digneris, Te rogamus audi nos.

Ut omnes Honori Tuo devotione addictos, Tutelâ fovere digneris. Te rogamus audi nos.

Ut eos à peccatis, eorúmque occaſionibus præſervare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut eos ante obitum Venerandis Sacramentis dignè expiari facias, Te rogamus audi nos

Ut eos in agone confortare, & contra Dæmonum incurſus defendere digneris, Te rogamus audi nos.

Ut blandam eis Judicis faciem, benignámque ſententiam exorare digneris, Te rogamus audi nos.

Ut eos in Regionem viventium, gau-

gaudiis æternis potituros introducere digneris, Te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

℣. O Sancte Juda! Tu nobis impetra,

℟. Nè Deus sumat ibi suplicia.

Oratio *ut suprà*

℣. *Sancte Juda ora pro me,*

℟. *Et omnibus qui colunt te.*

OREMUS

GLoriose Christi cognate, Apostole & Martyr S. Juda, qui vastissimis in regionibus fidem efferatis gentibus disseminâsti: virtutibus ac miraculis clarus, innumerabiles filios JESU Christo peperisti; per illum qui Te sibi Apostolum adsci-

adſcivit, precor, ut me miſerum à conſvetudine peccatorum meorum abſtrahas, à cogitationibus immundis me tuis meritis præſerves, & in rebus deſperatis tuô mihi adſis patrociniô, ac tandem ad cæleſtem gloriā tuis precibus evehas: ubi Sancta Trinitas adoratur in Patre, Filio, & Spiritu Sancto, Amen.

ORATIO
Ad S. JUDAM THADDÆUM

Singularem apud Deum Advocatum eorū: qui puſillanimitate in adverſis preſſi, pene ad deſperationem propendent.

SAnctiſſime Apoſtole, Fideliſſime Chriſti Serve & Amice; JUDA THADÆE; qui ob Proditoris nomen ex quorundam ſimplicitate in debito Tibi cultu deſereris, ob Tuam verò Sanctiſſimam & Apoſtolicam vitam ubique ferè terrarum à vera Eccleſia ſpecialis calamitoſorum, & penè deſperantium Advocatus invocaris,

caris, & pientissimè coleris. Ora Deū pro me misero, ut per Tua merita in tribulationibus & angustiis meis consolationem recipiam; DEI, ac Tuū auxilium (præsertim in præsenti perturbatione & angustia: NN) experiar, ac tandem in hora mortis meæ; atque Tecum, & cum omnibus Electis DEUM æternùm amem & benedicam, Amen.

Modus ministrandi Sacerdoti.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.

S. Introibo ad altare Dei. M. *Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.*

S. Judica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo, & doloso erue me.

M. *Quia tu es Deus, fortitudo mea, quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus.*

S. Emit-

S. Emitte lucem tuam & veritatem tuam; ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuũ, & in tabernacula tua

M. *Et introibo ad Altare Dei, ad Deum, qui lætificat juventutem meam.*

S. Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus, quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

M. *Spera in Deo: quoniam adhuc cõfitebor illi ſalutare vultûs mei, & Deus meus.*

S. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

M. *Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.*

S. Introibo ad Altare Dei.

M. *Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.*

S. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

M. *Qui fecit cœlum, & terram.*

S. Confiteor Deo omnipotenti, &c.

M. *Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſsîs peccatîs tuis perducat te ad vitam æternam.*

S.

S. Amen M. *Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ semper Virgini Beato Michaëli Archangelo, B. Joanni Baptistæ, Sanctis Apostolis Petro & Paulo, omnibus Sanctis, & tibi Pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor Beatam Mariam semper Virginem, Beatum Michaëlem Archangelum, B. Joannem Baptistam, Sanctos Apostolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & te Pater, orare pro me ad Dominum* DEUM *nostrum.*

S Misereatur vestri omnipot: &c.

M. *Amen.*

S Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens, & misericors Dominus. M. *Amen.*

S Deus tu conversus vivificabis nos. M *Et plebs tua lætabitur in te*

S. Ostende nobis Domine misericordiam tuam

M. *Et salutare tuum da nobis*

S Do-

S Domine exaudi orationem meã.
M *Et clamor meus ad te veniat.*
S. Dominus vobiscum.
M *Et cum spiritu tuo.*
S Kyrie eleyson, M. *Kyrie eleyson.*
S. Kyrie eleyson, M *Christe eleyson.*
S Christe eleyson M. *Christe eleyson.*
S. Kyrie eleyson, M *Kyrie eleyson.*
S. Kyrie eleyson
S Flectamus genua M. *Levate.*
S. Dominus vobiscum.
M *Et cum spiritu tuo.*
Post Epistolam M. *Deo gratias.*
S. Dominus vobiscum.
M *Et cum spiritu tuo.*
S. Sequentia S. Evangelii secundùm NN. M *Gloria tibi Domine.*
Post Evang: M *Laus tibi Christe.*
S. Dominus vobiscum.
M. *Et cum spiritu tuo.*
S. Orate Fratres. M. *Suscipiat Dominus hoc sacrificium de manibus tuis, ad laudem, & gloriam Nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.* S. Per

S. Per omnia sæcula sœculorum.

M. *Amen.*

S. Dominus vobiscum.

M. *Et cum spiritu tuo.*

S. Sursum corda

M. *Habemus ad Dominum.*

S. Gratias agamus Domino Deo nostro.

M. *Dignum, & justum est.*

S. Per omnia sæcula sæculorum.

M. *Amen.*

S. Et nê nos inducas in tentationem. M *Sed libera nos à malo*

S. Per omnia sæcula sæculorum.

M. *Amen.*

S. Pax Domini sit semper vobiscũ.

M *Et cum spiritu tuo*

S. Ite Missa est M *Deo gratias.*

S Benedicamus Domino.

M. *Deo gratias*

S. Requiescant in pace M. *Amen.*

S. Benedicat vos omnipotens Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sancti.

M. *Amen.*

S. Do-

S. Dominus vobiscum.
M. *Et cum spiritu tuo.*
S. Initium S. Evangelii secundùm Joannem.
M. *Gloria tibi Domine.*
S. In principio erat Verbum, &c. In fine M. *Deo gratias.*

INDEX
Rerum præcipuarum.

Lita-

Ad M. D. G.